Gordo.

1598.







DISPENSATORIVM PHARMACORVM

omnium, quæ in usu potissimum sunt.

Ex optimis AVTORIBVS, *tàm recentibus quàm veteribus, collectum, ac scholiis utilibus illustratum, in quibus inprimis simplicia diligenter explicantur.*

AVTORE PRIMO
VALERIO CORDO.

Nunc cum aliis pluribus ad hanc rem pertinentibus, quæ sequentibus indicantur.

OPERA ET STVDIO

COLLEGII MEDICI INCLYTÆ REIPVB. NORIBERGENSIS, multo emendatius ac selectis compositionibus auctius, ex secunda EDITIONE *publicatum.*

Cum copioso duplici Indice: & Privilegio Imperiali.



NORIBERGÆ,
Excudebat Paulus Kaufmann.

M. D. XCVIII.

AMPLISSIMO PRVDENTISSIMOQVE INCLYTÆ REIPVB. NORIMBERGENSIS SENATVI,

SVMMÆ OBSERVANTIÆ AC DEBITI OFFICII ERGO,

HANC PHARMACOPOEIAM, DENVO AD VTILITATEM PVBLICAM MVLTIS VIGILIIS ELABORATAM,

Collegium Medicum studiose offert ac dedicat.

COLLEGIVM MEDICVM INCLYTÆ REIPVBL. NORIMBERGENSIS Lectori S.

CVM MAGNA EXTET SCRIPTORVM copia partim in Germania partim alibi editorum, qui de recta compositione Medicamentorum accurate admodum & luculenter tractarunt, nullum est dubium, apud multos admirationem parituram esse non exiguam, quid nos impulerit, ut hoc tempore eundem laborem suscipere, & quasi saxum toties agitatum ab aliis rursum volvere, dum VALERII CORDI *librum Pharmaceuticum, sive, ut vulgo vocant, Dispensatorium, iterum sub incudem singulari studio revocare, & emendatius auctiusq; quoad fieri potuit, publicare constituimus, post tot editiones voluerimus. Verum instituti huius nostri non sine ratione suscepti, accedente inprimis Ampliss. Senatorii ordinis huius Inclytæ Reipub. autoritate, cuius jussu hanc provinciam, quantumvis laboriosam, libenter aggressi sumus, caussis non contemnendis intellectis, quas recensere breviter studebimus, confidimus benevolum lectorem non solum hoc factum nostrum approbaturum, sed insuper animo grato accepturum esse.*

Prima itaque ac præcipua, quæ nos movit, caussa fuit, tanta diversitas atque etiam interdum repugnantia compositorum potiss. Medicamentorum, in diversis officinis nostrorum Pharmacopœorum extantium, quo fieri solet ut sæpe exercitatiss. etiam Medicus ambigat, quæ nam ex illis accipienda, quæve rejicienda sint, cum neque in pondere nec numero, multo minus in modo compositionis eadem ratio atque via apud omnes observetur.

Secundo accedit ad hoc, quod propter varios vel etiam inusitatos morbos, hoc nostro corruptissimo sæculo subinde emergentes, vel et-

iam ob dispares hominum mores, atque persuasiones peculiares, vel denique aliis de caussis, novæ sæpenumero remediorum formæ in usum traducantur, de quibus non immeritò idem, quod de vocabulis Horatius scripsit, nos dicere possumus,

Multa renascentur quæ jam cecidere, cadentque
Quæ nunc sunt in honore.

Quapropter necesse fuit, ut Collegium Medicum suum judicium de illis interponeret, ut scilicet ante omnia vera à falsis recte discernerentur, ac præsertim hac ratione Empyricis ac Agyrtis avaris ac impudentibus, qui sua secreta & arcana (hisce enim nominibus splendide venditant) clam habent, ac potius suæ crumenæ quam valetudini hominum consulunt, sinéque ullo discrimine etiam in morbis è diametro contrariis audacter adhibere non erubescunt, mature obviam iri posset.

Tertio, omnino statuendus est ac definiendus certus quidam numerus Compositorum, ne officinæ aut superfluis inutiliter graventur, aut contrà necessariis plane destituantur. In qua certe parte magna consideratione opus esse videtur. Ac quamvis nobis animus fuerit, quædam minus usitata ac propemodum antiquata ex Cordi libro expungere ac omittere, atque ita nonnihil hanc editionem contractiorem reddere, tamen impedimento nobis modo fuit, quod tam brevi tempore aliorum doctiss. Medicorum consensum non potuerimus explorare, atque insuper animadverterimus, quosdam Pharmacopœos nescio qua opinione inductos metuisse, hanc quasi decurtationem, in urbe præsertim populosa, ubi non solum cives, sed exteri quoque varias remediorum descriptiones expetunt, ipsis initio nonnihil fore detrimentosam. Numerum itaque priorem nunc quoque in Cordi libro retinere, ac nonnulla ratione ac experientia diuturna comprobata adjicere visum fuit, ea tamen lege ac conditione, ut posthac de Collegii Medici sententia privatim nostri Pharmacopœi sint melius instruendi, ut sciant, quæ potiss. parare debeant, ne vel in defectu vel excessu, ut dici solet, erretur. Nam, ut verum fateamur, selecta ac proba remediorum paucitas magis quam tanta congeries eorum, quæ ob longiorem moram sæpe corrumpuntur, semper nobis placuit. Ac profecto optandum esset, ut aliquando de communi consilio ac sententia præcipuorum in Germania Medicorum (minimè enim unius hominis vel

loci

loci hic labor esset futurus) de his aliquid certi statueretur, quibus libenter & nostram operam essemus accommodaturi.

Quarto, cum ante plures annos liber hic VALERII CORDI, *in re herbaria ac medicamentaria doctißimi, Senatui nostro Ampliß. fuerit oblatus ac dedicatus, atque postea approbantibus Medicis doctißimis non solum publice apud nos receptus, ac Pharmacopœis commendatus, sed etiam crebro in Germania & alibi cum magna Autoris laude recusus, statuit Ampliß. Senatus, ut nunc etiam in officinis nostris retineatur, & ad hunc quidem modum, quo nunc à nobis publicatur, emendatus ac multis utilibus remediis singulari studio auctus, ad imitandum Pharmacopœis in parandis suis Medicamentis proponatur, quem etiam Medici tam in annua quam quotidiana officinarum inspectione sequerentur.*

Potuisset quidem in aliquibus locis convenientior forsitan series descriptorum Medicamentorum proponi, præsertim quoad olea, quæ rectius statim post interna remedia collocarentur: at quia major pars eorum qui hunc librum rursum imprimi curarunt, nihil immutandum esse censuit, nos quoque priorem ordinem servare voluimus, nec arbitror propterea in aliorum repræhensionem nos esse incursuros. Quamvis itaque ex mandato Ampliß. Senatus hoc opus potiß. ad usum nostrarum officinarum à nobis elaboratum, illisq; inprimis destinatum sit, nihilominus tamen speramus aliis quoque pluribus (quod certe summopere optamus) illud acceptum futurum esse. Reliquos iniquiores censores, qui nihil nisi quod ipsi faciant, rectum putant, non moramur. Quandoquidem vere testari possumus, nullum alium finem huius nostri laboris nobis fuisse propositum, nisi tam huius Inclytæ Reipub. civibus, quàm universis aliis, qui hæc nostra sunt lecturi, pro viribus prodesse, ac inservire. Quod idem ut in posterum quoque, annuente DEO, *ubicunque oblata nobis fuerit occasio, à nobis sedulo ac fideliter pro officii nostri ratione præstetur, operam sumus daturi.*

Bene Vale.

PRÆFATIO PRISCÆ EDITIONIS AD LECTOREM.

CVm Valerius Cordus, Euritii illius celeberrimi Medici filius, studiorum gratia Italiam petiturus, obiter ad urbem nostram Noribergam pervenisset, atque cum doctis quibusdam, ac bonis viris, præcipuè Medicis, mutuam notitiam, amicitiam, familiaritatemque studiose contraheret, inter cætera, quæ de bonis literis, atque re Medica, ultro citroque inter eos familiariter, ut fieri solet, agitata sunt, mentio incidit Dispensatorii, quod ipse, ex omni genere bonorum authorum, quum veterum tum recentium, de Pharmacorum omnium, quatenus in usu sunt, conficiendorum ratione collectum, diligenter & emendatissime conscripserat. Cumque constaret, illud jam antea in aliquot Saxoniæ urbibus, præcipuis Medicis approbantibus, in usum publicum fuisse receptum, interimque tamen ab eo & locupletatum, & annotationibus eruditis, magis atque magis illustratum, rogatus fuit à compluribus, ut illud ipsum etiam nostris Pharmacopolis impertiret. Cordus autem, etsi ad juvandum rem Medicam jam tum mirifice esset accensus, pro sua tamen modestia, atque prudentia, nonnihil subverebatur, privatam suam authoritatem ad Pharmacopolas permovendos, ponderis haud quaquam satis esse habituram. Itaque librum suum Senatui potius offert, tum demum in usum publicum assumendum, cum esset illius judicio & authoritate comprobatus. Senatus vero, pro sua in studiosos omnes propensione, ac Reipublicæ omni ex parte juvandæ diligentia ac solicitudine, officium illud Cordi perquàm gratum habuit, librumque collegio Medicorum, Cordo præsente perlegendum & examinandum tradidit, ut si quid mutandum, adjiciendúmve arbitraturi essent, id authore non modo sciente, verum etiam consentiente fieri posset. Quod cum sedulo ac magna diligentia factum esset, Senatusque ex Medicorum censura jam intellexisset, nihil hactenus absolutius, aut emendatius, in hoc descriptionum genere typis invulgatum esse, librum non solum in publicum edendum, verum etiam Pharmacopolis, ut eum veluti lumen quoddam deinceps sequantur, offerendum esse decrevit. Cuius quidem editioni, hac quoque de caussa studiosius invigilatum est, ut authore interim in Italia, dum ad metam studiorum suorum quàm acerrime contendit, immatura morte sublato, aliquid tamen illius extaret, quod ingenium eius, & industriam posteritati testaretur, eumque ab oblivione vindicaret. Hoc igitur Valerii Cordi, candidissimi & diligentissimi juvenis monimentum qualecunque, certe non pœnitendum, studiose lector, obviis ulnis amplectere, & si quid ex eo juvaberis (juvaberis autem, nisi fallor, quàm plurimum) Amplissimo Norimbergensi Senatui, cuius liberalitate tibi communicatur, gratias habe. Sin autem aliquid in eo displicuerit, ne Autorem mortuum inhumaniter calumniis impete, sed absolutiore opere in publicum edendo illum vincere, & nomen eius obscurare contende.

Bene vale.

QVALEM VIRVM PHARMACOPOEVM ESSE CONVENIAT.

MAGNVM præsidium humanę imbecillitati in Medicina situm est, ut Homerus omnium poëtarum præstantissimus, Medicum non sine caussa πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων pronunciasse videatur. Verum huius laudis, ut nunc quidem medicina administratur, non exiguam partem Pharmacopœus sibi vendicat, cum sit Medici quasi dextera manus, periclitetúrque ipsius culpa sæpe, non solum ægri valetudo, verum etiam Medici, quantumvis præstantis fama & existimatio, Quum ea, quæ Medicus recte præscribit, parum dextre exequitur, aut materia utitur exoleta, aut adulterata. Inde enim frequenter accidit, ut æger vel non juvetur omnino, vel quod multo peius est, etiam lædatur. Medicus autem, præterquam quod pro imperito habetur, etiam in errorem ducitur, dum se aut de morbo non recte judicasse, aut non debitam medicinam administrasse suspicatur. Quare non temere quemlibet ad huius muneris functionem admittere deberent, qui ad gubernacula rerum publicarum sedent. Verum illi ut volent, suo fungantur officio: nos idoneum Pharmacopœum paucis delineabimus, ut ineptos & improbos à functione tam periculosa submoveamus, idoneos autem ad hoc munus capessendum alacriores reddamus.

Principio, Latinæ linguæ non vulgariter tantum, sed ad mundiciem & proprietatem usque peritum esse oportet, ut ea quæ eruditi Medici, vel in genere, vel in specie ipsi præscribunt, recte & exacte intelligere possit. Neque confidat se satis instructum esse, si semel vulgarem quandam viam functionis suæ, quasi artificium manuarium perdidicerit. Nam cum multa quotidie nova conficiendarum medicinarum ingenia inve-

niantur, multa etiam veterum, oblivione sepulta, iterum in lucem eruantur, nova illi itidem quotidie discenda erunt, neque semper haber epoterit aliquem, qui ea ipsi quasi per manus tradat, & ad oculum demonstret: ex eruditorum virorum descriptionibus ea ut discat necesse est. Quare si Latinæ linguæ probe peritus non fuerit, fructu novorum ingeniorum, aut omnino, aut magna ex parte expers manebit.

Deinde opus est illi etiam cognitione rerum minimè vulgari, aut protrita, earum præsertim, quæ proprie ad functionem eius pertinent, cuiusmodi sunt simplicia omnia, quorum descriptiones ex præstantissimis authoribus petitas, ad res ipsas conferre debet, donec exactam illorum cognitionem hauriat, & prorsus imbibat. Cognita vero, visu, gustu, olfactu, tactu, & aliis debitis modis sæpe ac diligenter examinet, non solum ut falsa à veris, & adulterata à sinceris, verum etiam ut præstantissima à mediocribus, & mediocria à degeneribus discernere consuescat.

Est & alia caussa, cur tam diligenti examine opus sit. Quædam enim alioqui grata, & salubria, ob insignem tamen acrimoniam, in vasculis æreis decocta, aut instrumentis ferreis diu tractata, tam tetrum ac horribile virus inde contrahunt, ut gustu fiant abominanda, & quamvis valenti, ventriculo intolerabilia. Quare hoc quoque scire debet, quo genere vasculorum, & instrumentorum, unaquæque medicina sit coquenda, tractanda, & conservanda.

Hanc curam, alia quasi huic connexa sequitur, scilicet, ut herbas, flores, fructus, semina, radices, debito tempore colligat, & rite reponat, ne vel parum efficacia sint, vel putrescant, aut minus arefacta, virtutem omnem amittant.

Habeat etiam ædes salubri loco sitas, ac variis reponendis conservandisque accommodas. nonnulla enim humido, pleraque calido, quædam sicco, quædam etiam frigido loco rectius conservantur, quam varietatem non quælibet domus præstare potest.

Facultates quoque saltem mediocres adsint oportet, in primis autem animus liberalis, ab avaritia sordibusque alienus. Divitiæ enim hoc præstare poterunt, ut commode habitet, & Medicinas quę emendę sunt, suo tempore, quàm optimas, coëmat.

mat. Animus autem liberalis, minimeque avarus, cavebit, ne compendii, aut lucri sui caussa, deteriores vili precio libentius, quàm præstantissimas paulo largiore, comparet.

Iam simplicibus medicinis omnib. diligenter collectis, coëmptis, & repositis, succedit industria compositarũ rite dispensandarum, ubi eum in primis vigilantem & circumspectũ esse oportet. Nec temere confidet ingenio suo in succedaneis eligendis, sed peritum medicum consulet. Quem etiam omnino, in conficiendis Opiatis, & similibus præstantibus ac magni momenti medicinis, ut præceptorem & judicem adhibebit, cui adjunget, si commode fieri poterit, unum & alterum bonum atq; doctum virum, vel Senatorii ordinis, ut eos habeat veluti testes suæ diligentiæ, industriæ, ac fidei. Deinde quanq; medicinam, sic rite præparatam, debito ac præscripto tempore, fermentari sinat, antequam eam in usum publicum expendat.

Nec minor in eo fides requiritur, in rejiciendis simplicibus atq; compositis, quàm in iisdem reponendis & componendis. debet enim singulis mensibus, aut sæpius etiam, omnia lustrare, & diligenter considerare, ut corrupta, putria, muccosa, exoleta, & quovis modo inutilia, vel inefficacia reddita, rejiciat, bona fide, nec in iis quærat suum lucrum, quibus ægroto crearetur vitæ periculum, sed sit, ut diximus, animo liberali, & magno, cogitetque, parvum illud damnum, fide sua jam perspecta, majoris sibi lucri caussam fore.

Hæc omnia cum indefessam diligentiam & animum sibi semper præsentem requirant, hoc quoque observare convenit, ne sit aleæ, aut similibus ludis deditus, ne compotationibus gaudeat, aut alioqui vinosus vel ebriosus sit, neq; fœdis amoribus implicatus teneatur. Alea enim negligentiam parit: ebrietas errores, oblivionem, & stuporem inducit: turpis vero amor, etiam veneficia illi extorquere posset. Quare omnino si fieri potest, maritus sit, cui cum uxore recte conveniat, liberosque habeat, quos honeste educare studeat. huiusmodi enim pignoribus obstrictus, vagas libidines detestabitur, neque illis fomenta sciens subministrabit, & posteritati suæ consulens, bonam conscientiam servare adnitetur, nec metu, nec gratia, nec prece, nec precio, ad ullum veneficium impelletur.

Quod si accesserit vera pietas, hoc est, timor Dei, & fides in

Christum,

Chriſtum, caritas erga proximum, & ſpes futuræ vitæ, omnia erunt tutiora, illuſtriora, & feliciora. tũ enim cogitabit: Si quid per negligentiam in vitam, aut valetudinem proximi peccavero, judicium Dei non effugiam, quanto minus effugiam, ſi ſciens ac prudens venenum dedero, aborſum procuravero, aut aliquod aliud ingens atque inſigne flagitium deſignavero? Et ſi humanitas eorum, qui infirmos & ægrotos tantum viſitare ſolent, Chriſto adeo grata eſt, ut illud beneficium in ſe ipſum collatum eſſe affirmet, quanto gratior erit illi mea cura, & ſolicitudo, dum ſtudeo illis medicinas recte componere, tempeſtive exhibere, & non propter lucrum tantum, verum etiam humanitatis reſpectu operam dare, ut melius habeant & convaleſcant?

Hæc & ſimilia ſi cogitabit, ultro, ac ſua ſponte, erit humanus, placidus, affabilis, benignus, alacris, in primis autem mitis erga pauperes, & commodus erga imperitos. non enim in eorum ineptias, ſed in neceſſitatem ægroti reſpiciet, ac Deum omnium inſpectorem ac judicem præ oculis habebit, qui recte agenti longe majora & beatiora præmia largietur, quàm ab ullo mortalium perſolvi poſſint.

DE PONDERIBVS AC MENSVRIS APVD NOS VSITATIS.

MAGNA eſt diverſitas ponderum ac menſurarum cum apud veteres tum recentiores, ſed nos exponamus breviter, quæ apud nos ſunt uſitata.

GRANVM; *σιτάριον minimum pondus, intelligimus autem granum piperis, alii hordei vel tritici accipiunt, quorum viginti ſcrupulum ſtatuunt ſecundum Nicolaum.*

SILIQVA, *κεράτιον, dictorum granorum quatuor continet, ſex vero lentis. Intelligitur autem ſiliqua non tota, ſed ſemen illius non nimis magnum vel emaciatum.*

LVPINVS *θερμὸς pendit Ceratia duo vel grana octo.*

OBOLVS, *ὀβολὸς grana decem ſive ſcrupulum dimidium (alibi lupinum unum cum dimidio, id eſt, grana duodecim.)*

SCRVPVLVS *ſive ſcriptulus, γράμμα ἢ διώβολον obolos duos, vel grana viginti (alibi viginti quatuor.)*

DRACHMA,

DRACHMA δραχμὴ ἢ ὁλκὴ nostra convenit cum Græca & Attica, continet scrupulos tres, obolos sex, grana sexaginta (alibi septuaginta duo) octava pars unciæ.

DENARIUS, δηνάριον, argenteus scilicet: est apud Galen. & posteriores Græcos, idem quod drachma, sed apud Celsum, Scribonium & cæteros, septima pars unciæ unius: idem quod Aureus Arabum.

SEXTULA drachmam unam & tertiam eius partem pendit sive scrupulos quatuor, est enim sexta pars unciæ.

SICILICUS drachmas duas, id est, quarta pars unciæ.

DUELLA scrupulos octo sive duas sextulas, id est, tertia pars unciæ.

UNCIA, οὐγκία ἢ δωδέκατον, duodecima pars libræ, continet octo drachmas vel septem denarios, scrupulos viginti quatuor. idem ὀξύβαφον apud Galenum & alios.

SESCUNCIA sive sescunx, uncia una & dimidia, octava pars libræ.

SEXTANS, ἑκτὸν sexta pars libræ, unciæ duæ.

QUADRANS τέταρτον, quarta pars libræ, unciæ tres.

TRIENS, τρίτον quatuor unciæ, tertia pars libræ.

QUINCUNX unciæ quinque.

SEMISSIS sive semis ἡμιλίτριον, unciæ sex.

SEPTUNX unciæ septem.

BES vel bessis sive Octunx, pendit octo uncias, cum sit reliquum libræ post detractum trientem, estque Marca Aurifabrorum.

DODRANS unciæ novem, demitur quadrans libræ.

DEXTANS unciæ decem, demitur sextans.

DEUNX unciæ undecim, demitur una uncia.

PONDO, si hæc dictio alicuius ponderis differentiæ adjungitur, nihil aliud exprimit quam eandem ponderis speciem cui jungitur, ut pondo unciæ sex, exprimit uncias sex.

Absolute autem pro * LIBRA, λίτρα sumitur, quæ apud nos duplex est. Mercatoria sive Civilis pendit uncias sedecim, drachmas centum viginti octo, & eadem fuit MINA communis medica sive absolute ita nominata, quam aliqui etiam Ægyptiam vocant. fuere & aliæ Minæ diversæ, de quibus hic longum esset agere.

LIBRA Medica est, quæ Romana & AS vocatur, uncias duodecim, denarios decem & quatuor, drachmas nonaginta sex pendit: quam in nostris officinis usurpamus.

MENSURÆ LIQUIDORUM.

COCHLEARIUM quarta pars est Cyathi. (In his vero mensuris accipiendum vinum defæcatum, vel aqua pluvia pura.) pendit drachmas tres cum tertia parte quartæ.

CYATHUS duodecima pars sextarii, capit Cochlearia quatuor, pendit tredecim drachmas & obolos duos.

QUARTARIUS, quarta pars Sextarii, Cyathi tres, Cochlearia duodecim, pendit drachmas quadraginta sive uncias quinque.

HEMINA dimidius sextarius, id est, COTYLA attica, pendit uncias decem.

SEXTARIUS, ξέστης sexta pars Congii, Cyathos continet duodecim, pendit viginti uncias, estque dimidia mensura nostra atque insuper quatuor unciæ. Notandum vero diligenter, unciam civilem Norimbergensem granis triginta esse ponderosiorem quàm in aliis locis, & sic libra civilis nostra superabit uncia una civilem libram aliorum, quandoquidem nostra civilis libra, faciat uncias decem & septem medicinales.

CATA-

CATALOGVS MEDICAMENTORVM HVIVS LIBRI.

CONFE-

LEGES AC STATVTA

AMPLISS. SENATVS NORIMBERGENSIS,

AD

Medicos, Pharmacopœos, & alios pertinentia.

ÆGROTANTIVM SALVS AC INCOLVMITAS SVPREMA LEX ESTO.



NORIBERGÆ,

Excudebat Paulus Kaufmann.

ANNO

M. D. XCVIII.

LEGES AC STATUTA

AMPLISS. SENATUS NORIMBERGENSIS,

AD MEDICOS, PHARMACOPOEOS, ET ALIOS PERTINENTIA.

CUM ampliß. Senatus Reipub. Norimbergensis, sui officii respectu, quo tanquam legitimus civitatis huius magistratus fungitur, jampridem animadverterit, ac diligenter perpenderit, non paucos errores ac abusus cum magno civium incommodo ac damno, paulatim tam in præparandis quàm usurpandis Medicamentis pluribus irrepsisse (multi enim imperiti homines utriusque sexus non solum ex incolis, sed exteris quoque & ignotis Empiricis, in hac urbe varia sua Medicamenta, quamvis artis Medicæ prorsus ignari, pro suo arbitrio ac libitu concinnare, ac publice aliis vendere, atque etiam sæpenumero unum idémque remedium absque omni ratione in diversis vel etiam contrariis affectibus exhibere non erubescunt, idq; cum pecuniæ ac valetudinis gravi jactura.) Quo eiusmodi abusus non posthac amplius ferendi rursum emendari, ac utilia Statuta ad civium ac reliquorum omnium hic commorantium salutem sanciri queant, quibus tum Pharmacopœi ipsi, tum Chirurgi, Ophthalmici, lithotomi, Balneatores & eius generis alii, muneris sui rectius commonefieri, atque hoc modo omnia in meliorem ordinem redigi possint; eidem Senatui placuit statuere ac ordinare, ut propter jam dictas & alias quoque caussas non exiguas, deinceps in hac urbe COLLEGIUM MEDICUM *legitimum, publicóque decreto confirmatum instituatur, ac utilibus & necessariis legibus, quæ ordine sequuntur, confirmetur. Atque ideo pro sua autoritate mandat, ut non solum universi Medici in hoc Collegio compræhensi, sed etiam reliqui cives, incolæ, & quicunque hic degunt, hisce Statutis propositis omnem debitam obœdientiam præstare, ac pro viribus cavere velint, ne adversus temere vel etiam pertinaciter delinquentes, & hæc optimo consilio publicata contemnentes, justam aliquam ac necessariam animadversionem merito declarare cogantur.*

LEX PRIMA.

UT igitur hoc COLLEGIUM MEDICUM modo institutum rectius conseruari possit, decretum est à Senatu, ut omnes & singuli Doctores hujus Reipub. quibus hîc artem Medicam exercere concessum est, & ideo quotannis eam ob caussam Senatui loco juramenti publicam fidem præstant, in hanc congregationem sive collegium recipiantur ac in eo compræhendantur, eorumque nomina ordine in aliquo libro notentur. Quod deinceps cum universis istis, qui in Academiis celebribus Germaniæ vel alibi sua studia absolverunt, atque in una aliqua earum more majorum testimonium sui Doctoratus, eos scilicet in doctrina veterum Hippocratica ac Galenica bene edoctos, ac in usu artis assidue versatos esse, acceperunt, ac de sentētia Senatus hic commorari cupiunt, observabitur, ac in hoc Collegium suscipientur. non secus Medici in Academia Altorfiana publicè docentes, huc accersiti, eiusdem participes esse debent.

Alii vero omnes falso sibi nomen Doctoris in arte Medica vendicantes, item-

que reliqui Bullati, ut vocantur, Doctores, Empirici, Agyrtæ, Circumforanei, qui in locis obscuris & suspectis latitantes sub nomine tantum Medici hunc titulum sibi perperam arrogare conantur, ab hoc Collegio penitus sint exclusi.

II.

Ex hac congregatione Medicorum, binis quibusque annis suo tempore Decanus sive Senior, pro arbitrio Senatus, eligatur: Cuius munus & officium sit, fideliter dicto Collegio præesse, ac diligenter cavere, ne quid ipsum ulla in re detrimenti capiat. Qui etiam, quoties necessitas postulabit, de omnibus cum suis collegis in medium amice consulet, Cum rectè Veterum quispiam dixerit, Mutuam conversationem Artes peperisse. Quod si ipse Decanus propter alia negocia adesse non potuerit, alium ex suis Collegis subrogabit.

III.

Adjunget insuper huic Collegio Senatus sui ordinis duos idoneos viros, quorum consilio & auxilio, quicquid alicuius fuerit momenti rectè expediatur. Quod si res deliberationem ulteriorem requisiverit, per istos duos Senatores ad universum Senatum commode referetur.

IV.

Neque dubitat idem Senatus, universos & singulos Medicos, ea fide, qua illi sunt obligati, operam daturos esse, ut hoc tam utile ac necessarium opus, quantum omnino fieri possit, diligenter admodum ac studiose promoveant, sartumq; tectum conservent. Ante omnia vero in hoc fideliter suo officio fungentur, si mutua amicitia & sincera conversatione ac communicatione, unde ægroti, & qui alioquin ipsorum opera indigent, max. utilitatem capient, pluribus prodesse studeant, atque æque pauperibus ac ditioribus eorum consilium expetentibus, divino accedente auxilio, pro viribus inserviant, semperque præsto esse conentur.

V.

Decet autem atque omnino æquum est, ut respectu tot curarum ac laborum, vicissim omnes qui eorum opera usuri sunt, pro ratione suarum facultatum sese erga ipsos, gratos atque memores declarent. Quamvis autem difficulter aliquid certi hac in parte constitui possit, cum Arti liberali, secundum Hippocratem, liberalia quoque præmia esse debeant, nihilominus ut illi qui huius rei sunt ignari, sciant aliquomodo, quo pacto sese gerere debeant, statuit Senatus, ut communiter pro prima visitatione ad ægrotum Medico unus florenus, pro aliis vero sequentibus quadrans illius singulis vicibus offeratur. in contagiosis tamen & pestilentibus febribus, præsertim ubi pestis ipsa grassatur, pro prima visitatione coronatus, & pro aliis dimidius florenus poterit dari. Attamen in morbis gravibus admodum & periculosis, quando Medicus non raro dies noctesque, cum manifesto vitæ suæ periculo ægrotantibus adesse cogitur, nihil certi definiri potest, sed merito unusquisque ita se ut par est, erga ipsum exhibebit, crimenque ingrati animi fugere studebit. Et contrario Senatus quoque non dubitat Medicos, secundum æquum & bonum suos ægrotantes tractaturos, ac potiss. erga pauperes Christiano homine digna charitate ac commiseratione semper usuros esse, ut nemo jure de illis conqueri possit.

VI.

Quando in morbis valde difficilibus ac periculosis aliquot Medicorum, vel interdum universi Collegii consultationes fuerint requisitæ (quod præclarum institutum, tanquam summopere utile, veteres quoque peritiss. Medici plurimum commendarunt) tum à Decano reliqui Medici convocati haud gravatim ade-

runt, ac singulari studio ac attentione de morbo proposito disputabunt, ac mutuis sententiis verum inquirere conabuntur, nihil omnino prætermittentes, ac multo minus celantes, quod ad incolumitatem & salutem ægri recuperandam necessarium esse videbitur. Quod si quispiam ex eorum numero sine justa caussa hisce conventibus interesse recusaverit, in eum Senatus pro arbitrio suo animadvertet.

VII.

Hisque Medicis tantùm, qui aliàs peculiariter etiam Senatui sunt obligati, & Collegio inserti, nec ullis aliis in hac urbe Medicam artem factitandi jus licitumque esto. Quapropter cæteris pseudiatris, Empiricis, Alchymistis, Destillatoribus, quibusdam opificibus ad egestatem redactis, multo magis circumforaneis, agyrtis, præstigiatoribus, Iudæis, necromantis, vetulis ac cæteris huius farinæ universis, qui audent sese in artem Medendi audacter ac impudenter insinuare, ac pro peritis Medicis se venditare non erubescunt, solummodo ut sub hoc prætextu pecuniæ aliorum inhient, quam ubi per fas nefasque abunde corraserint, se aliò, ubi similiter suas fraudes impune aliquantisper possint exercere, postea subducunt; nequaquam sine expressa Senatus permissione, ulla ratione se in hanc urbem ingerendi, aut ipsorum Medicamenta cuiuscunque generis sint, aliis obtrudendi fas esto: sed exteris quidem hoc sub pœna relegationis, incolis vero sub mulcta decem florenorum, quoties contra egerint, severe sit interdictum. Comprobat enim quotidiana experientia, quantopere hæc curandi perversa ratio multis fuerit detrimentosa, & Plinius confirmat, Nullis magis, inquiens, quam Medicum se profitenti creditur, cum tamen in nullo mendacio periculum sit majus. Atque ideo quam primum isti errones sese hic clam insinuare conati fuerint, celeriter ab illis, quibus hoc fuerit demandatum, opera erit danda, ut ilicò rursum hinc removeantur.

IIX.

Atque eam ob caussam civibus universis privatis, cauponibus ac hospitibus, atque potiss. tonsoribus sub pœna decem florenorum prohibetur, ne eiusmodi exteros ac ignotos errones, circumforaneos, Empiricos & Alchymistas indoctos, qui nulla impetrata venia pro suo arbitrio hîc artem Medicam profiteri volunt, ad se recipiant, hospitium illis præbeant, aut ullo modo commendare vel promovere, nisi re bene cognita, conentur.

IX.

Si quis verò à suis majoribus vel aliis quasi hæreditaria successione, aut alioquin peculiari quadam à DEO concessa gratia, diligentique investigatione, in uno vel pluribus morbis selecta & methodo ac experientia comprobata remedia fuerit adeptus, eaque testimoniis fide dignis confirmare potuerit, huic permittente Senatu, ac Collegio Medico astipulante, ad definitum certumque temporis spacium pro æqua ac tolerabili mercede, illis uti licebit, ea tamen conditione, ut prius Senatoribus ad hoc delectis loco juramenti spondeant ac promittant, quod ea tantum, quæ ipsis cognita ac perspecta sunt, tractare, nec aliam medicationem, præter illam quam profitentur, suscipere, præterea nimiam vel injustam etiam mercedem ante tempus nunquam exigere velint; neque suam falcem, ut dicitur, ullo modo in alienam messem mittant, aut aliud quoppiam genus morbi, quàm quod illis exploratum est, & cuius expressam in suis litteris supplicibus ad Senatum mentionem fecerint, curandum suscipiant. Néve aliquid contrarium committatur, illi qui in eos inquirere debent, diligenter cavebunt.

X.

Cumque non sine errore manifesto abusus quidam magno damno ægrotantium apud nonnullos Medicos invaluerit, qui ex nuda inspectione urinarum, sine

ulla pleniore signorum, caussarum, morborum ac symptomatum, aliarumque circumstantiarum necessariarum circa ægros investigatione contraque omnem rationem ac doctrinam Veterum, sibi imaginantur se in perfectam cognitionem morborum pervenire, & secundum hasce conjecturas, remediorum variorum genera statim præscribere posse, cum tamen ex urinæ sola ac simplici contemplatione de multis affectibus sit judicium vel incertum ac fallax, vel interdum etiam prorsus nullum; ideo iidem Medici admonendi sunt, ut simul cum urinis ad ipsos delatis accurate de ægrorum temperamento, constitutione, & eiusmodi aliis, quæ ad rem pertinent, inquirant, ac tum demum tàm evacuantia quàm cætera convenientia Medicamenta præscribant.

XI.

Iuratis, & suo genere peritis fœminis, obstetricibus, ac eiusmodi aliis conceditur, puerperis & infantibus suam operam præstare, illisq; innoxia remedia comperta prius, & in officinis pharmacopœorum, ubi opus fuerit, parata, suo tempore exhibere. In hac tamen parte caute agant, nec nimis confidenter aut temere præter ipsarum professionem (quod sæpenumero fieri solet) aliquid suscipiant, repræhendendo à Medicis antea recte instituta, vel clam etiam ipsis insciis sua quædam remedia usurpando.

XII.

Quod ad Pharmacopœorum officinas spectat, ante omnia diligenter de ministris idoneis ac attentis sibi tempestive prospicient, qui testimoniis fide dignis probare possint, quod apud peritos suæ artis viros prius hanc didicerint, ac in universa vita honeste ac laudabiliter se gesserint. Antequam vero conducantur, quid profecerint, & quo pacto edocti sint, à Doctoribus accurate explorabitur: ac Pharmacopœi, apud quos deinceps commorabuntur, duobus Senatoribus ad hoc destinatis testimonia conscripta prius legenda tradent, & quandocunque his visum fuerit, ad fidem loco jurisjurandi præstandam eos sistent.

XIII.

Discipuli vero ac pueri, quorum etiam opera utuntur Pharmacopœi, sint in ætate conveniente constituti, ac linguæ latinæ pro eorum captu non ignari. Atque ideo prius à Doctoribus, quibus inspectio officinarum est demandata, examinabuntur. Pharmacopœi vero ipsi, & eorum ministri, fideliter ac diligenter eos instruent, nec ullo tempore, quamdiu sub ipsorum disciplina fuerint, ipsis permittent, ut sine expresso consensu Medicamentum purgans, opiatum, vel alioqui validum ac vehemens, multo minus venenatum extra officinam aliis tradant vel vendant, nec etiam præparent quidvis, nisi præsente Pharmacopœo vel quopiam eius ministro perito, vel etiam ipso Medico. Qui hoc neglexerit quinq; florenis mulctabitur.

XIV.

Admonentur autem Pharmacopœi universi, ut juxta ipsorum jusjurandum quotannis Senatui præstitum, suo officio ac munere accurate & fideliter fungantur, præterea Collegio Medico, ac singulis in eo Doctoribus compræhensis, quantum ad eorum professionem attinet, obsequantur, & quandocunque opus fuerit, amice & modeste cum illis conferant, nec sine caussa ipsis sese opponant, vel etiam contrarii esse velint. Observabunt autem ante omnia studiose, ut quoad fieri poterit, aut ipsimet, aut eorum ministri die noctuque domi sint, ut quotiescunque fuerit necessario ipsorum opera ab ægrotis requisita, semper præsto esse queant.

Concordiam quoq; ac amicitiam mutuam sincere inter sese exerceant ac conservent, nec unus alteri quippiam de sua existimatione detrahere conetur. Quod

si fortè fortuna simultatis vel controversiæ inter ipsos aliquid inciderit, id coram Senatu, vel Senatoribus ordinariis decidatur ac componatur.

Pretia similiter ac æstimationes tam Simplicium quam Compositorum æquabiliter retineant, nec ullo pacto ad invidiam vel detrimentum suas merces vel carius vel vilius distrahere ac vendere studeant.

XV.

Artem vero Medicam factitandi nec Pharmacopœis neque ipsorum ministris jus esto, sub mulcta decem florenorum. Medicorum pariter præscripta Medicamenta neutiquam repræhendant, aut etiam pro suo arbitrio emendent, nec in illis quippiam mutent, neque insuper si de ingredientibus hæsitent, pro libitu alia substituant, vel etiam aperte ægrotantibus ad assumendum dissuadeant. Quod si forte de nonnullis compositionibus subdubitaverint, aut sententiam Medicorum non plene fuerint assecuti, decet ut ante præparationem cum Doctore qui præscripsit, vel ipso absente cum Decano, aut Medicis, quibus inspectio officinarum commissa est, colloquantur, & omnia, quæ necesse fuerit, rectius inquirant.

XVI.

Descriptiones medicamentorum compositorum, quas Medici in proprios libros, quorum unusquisque peculiarem apud singulos pharmacopœos habeat, assignare solent, apud se asservent, nec aliis omnibus, quorum nihil interest, sine discrimine legendos tradant, quæve sunt majoris alicuius momenti, sine Medici, qui conscripsit, voluntate aliis minus eas intelligentibus extra officinas nō facile communicabunt: cum sæpe compertum sit, hac occasione multos abusus & errores ante hoc tempus inde esse enatos. Quod si ægrotus quispiam illis usus, post solutionem factam, Medicamenti alicuius descriptionem expetiverit, pro re nata non erit illi deneganda, modo etiam eius in officinarum libris exemplum retineatur.

XVII.

Vt autem nemo ex Medicis ullum Pharmacopœum præ aliis, propter privatam aliquam affectionem vel odium promovere aut impedire, sed universos ac singulos respicere, ac ipsorum omnium utilitati consulere, sique aliquid impedimenti obstiterit, Decano vel duobus ordinariis Senatoribus indicare debet: ita quoque econtra Pharmacopœi eodem modo nec amicitiæ nec lucri alicuius caussa quempiam ex Medicis præ reliquis commendare, aut aliis anteferre, sed de illis interrogati, ægrotantium ac amicorum arbitrio ac voluntati omnia permittere merito tenentur.

XIIX.

Dabunt etiam iidem operam, ut suas officinas recentibus ac selectis simplicibus ac compositis Medicamentis semper habeant quam instructissimas, quò omnibus æquo ac tolerabili pretio satisfacere possint. Atque ideo singula in suo genere idoneo maxime tempore probatissima colligant, vel comparent, ac semper diem, mensem, ac annum collectionis, præparationis vel destillationis ad unumquodque eorum peculiariter annotare studeant. Qui secus fecerint, quatuor libris novis (ut vocant) mulctabuntur.

XIX.

Vt autem in singulis officinis Medicamenta omnia eodem plane modo, & quanta fieri potest diligentia præparari possint (unde fiet ut Medici quoque in suis medicationibus multo alacriores ac certiores reddantur, nec minus etiam Pharmacopœis apud universos homines bonæ existimationis accedat) statuit Senatus, uni vel duobus Medicis tale munus esse demandandum, ut ambo, vel saltem alter eorum quovis tempore & loco præparationi ac compositioni Medicamentorum

præcipuorum, potiſs. autem purgantium, opiatorum & aliorum magni momenti, ſtudioſe & aſſidue interſit, ac videat, ut ſingula ingredientia, & quæ neceſſario alioquin requiruntur, ſint recentia ac ſelecta, caveantque ſedulo ne quid erroris ulla in re committatur. Nulla itaque in poſterum compoſita jam dicta medicamenta, niſi antea univerſis ipſis ea ratione qua prius commemoravimus, ſingulatim ac ordine ad examinandum propoſitis, atque omnibus in præſentia Medicorum rite commiſtis, pharmacopœi conficient, ſub mulcta quinque florenorum. Ac ſic Medicamento accurate parato, unus ex Medicis ad hoc ordinatis diem, menſem, ac annum compoſitionis, non ſolum in librum peculiarem in ſingulis officinis ad hoc deſtinatum, ſed etiam ad pixides vel alia vaſa, in quibus talia aſſervari ſolent, ſua manu conſignabit.

Atque idem omnino in præparationibus gemmarum, margaritarum & reliquarum eiusmodi rerum pretioſarum, ſub eadem propoſita mulcta obſervari debet.

X X.

Ne vero hac in parte tenuioris fortunę hominibus aliquid ad valetudinem ipſorum vel conſervandam vel recuperandam deſit, ſed tum purgantia tum alia idonea remedia illis in promtu eſſe queant, Medici curam hanc in ſe ſuſcipient, ut pulveres, Confectiones, Electuaria ac ſimilia ab illis præſcripta ac ordinata, quandocunque opus fuerit, apud pharmacopœos iidem reperire poſſint. Quibus pariter quoque, ut antea conſuetum fuit, liberum erit, exteris uſitata Medicamenta ac ita quemadmodum jam dictum eſt, præparata communicare, ac juſto pretio vendere.

X X I.

Vniverſa tam ſimplicia quàm compoſita ad illud tempus quo durare integriſq; viribus perſeverare ſolent, in officinis unumquodq; ſuo proprio loco diligẽter pro ſingulorum natura in fictilibus vel aliis vaſis convenientibus ac mundis recondantur. Atque eadem ratio obſervabitur in decoctis ac infuſionibus ac ſimilibus conficiendis, quæ definito tempore, prout neceſſitas poſtulat, renovabuntur. Hæcque omnia ut recte peragantur, Medici inſpectores officinarum ſedulo curabunt.

X X I I.

Pharmacopœi quoque cavebunt, ne obſoleta, corrupta, aut alioqui depravata ſimplicia vel compoſita ullo tempore aliis vendant, aut clam cæteris Medicamentis admiſceant, multo minus in penuria unius, aliud quippiam non receptum temere offerant. Quod ne fiat Medici ſtudioſe proſpiciant, ac ideo ſingula quæ neceſſe erunt, ſæpius perpendant ac examinent. Siq́ue aliquid correctione dignum depræhenderint, ſtatim Medicis inſpectoribus vel etiam Senatoribus adjunctis indicabunt, idque libere ac ſine omni diſſimulatione, ne ſcilicet in re tam neceſſaria ac utili quicquam negligatur vel prætermittatur.

X X I I I.

Obſervari nihilominus priſtinam conſuetudinem, quotannis ſemel bíſve inſtituendi viſitationes ac inſpectiones officinarum præſentibus duobus Senatoribus, ac aliquot Medicis accuratas, ut ſi quid forte abuſuum interea incidiſſet, tempeſtive emendari vel prorſus aboleri queat, eidem Senatui placuit.

X X I V.

Quæ vero ſimplicia ac compoſita aliquid venenati in ſe continent, vel alioqui periculoſa, vel etiam prorſus pernicioſa eſſe ſolent, aut fœtum vivum corrumpunt, abortumque promovent, ea omnia in locis propriis pharmacopœi diligenter ſeorſim includant ac cuſtodiant, ne cuivis ſine diſcrimine ea pateant. Atque in hiſce ponderandis quoque utantur peculiaribus ſtateris ſive bilancibus, quibus nulla alia, præter hæc, imponantur Medicamenta. Præterea nemini illa vendantur,

vel communicentur, nisi priùs diligenter perquisiverint, cuius rei caussa, vel ad quem usum illa à quopiam expetantur. Qui hoc neglexerit, in hunc Senatus pro suo arbitrio severe animadvertet. Aliis vero notis, bonæque famæ ac minime suspectis, talia quidem possunt tradi, ea tamen lege ac conditione, ut ementium semper nomen ac cognomen, item veneni species, & in quem finem postulatum fuerit, nec non dies ipse, quo fuerit ablatum, diligenter annotetur. Vt scilicet hoc pacto, si quid eius rei caussa attestari Pharmacopœos necesse fuerit, omnia sint in promtu.

Cum vero nonnunquam contingat, ut si Pharmacopœi hæc & similia certam ob caussam denegent, statim ad alios negociatores, quos Materialistas vocant, decurratur, atque ab illis hæc sine ulteriore inquisitione obtineantur: propterea hoc statutum non solum ad Pharmacopœos ipsos, sed non secus etiam ad alios quosvis pertinere censendum est.

XXV.

Quo vero de Dispensatoriis vulgo dictis, ac libris istis qui tractant de compositione Medicamentorum aliquid certius constituatur, ac deinceps observetur: visum fuit Senatui, ut Dispensatorium Valerii Cordi ante plures annos ab ipso autore primum huic Reipub. dedicatum, nunc vero à Collegio Medico rursum summa diligentia emendatum, ac multis utilibus & apud nos usitatis Medicamentorum descriptionibus auctum, in omnibus officinis huius urbis retineatur, ac secundum hanc editionem Medicamenta conficiantur.

XXVI.

Insuper ordinavit, ut ad totius huius Reipub. ac omnium civium aliorumque incolarum utilitatem & commodum singulare, de sententia Medicorum ac Pharmacopœorum certa pretia, ac æquabiles omnium simplicium atque compositorum æstimationes (vulgo Taxas vocant) constituantur ac publicentur, ut tam venditores quàm emtores non habeant, de quo hac in parte merito conqueri possint.

XXVII.

Vt autem Pharmacopœi ipsi hanc æstimationem sive Taxam illis præscriptam sine ipsorum detrimento sequi atque observare in posterum queant, Medicis hic commorantibus ideo sub ea fide qua Senatui sunt obligati, prohibetur, ne ullum Medicamentum domi pro ægrotis in hac urbe præparent, illisque vendant, nisi hoc expresse ipsis à Senatu vel duobus Senatoribus Ordinariis fuerit concessum.

XXIIX.

Præterea Materialistæ & eiusmodi alii negociatores, sub gravi pœna à Senatu ipsis irroganda, deinceps abstinebunt à venditione particulari purgantium, nec non aliorum valide evacuantium Medicamentorum, quæ semper etiam superioribus temporibus apud Pharmacopœos tantum venalia reperta sunt, atq; ideo infra quadrantem libræ unius eiusmodi aliis non venundent, multoq; adhuc minus, nec ipsimet neq; eorum ministri purgantia composita, cuiuscunq; illa generis sint, conficiant aut publicè distrahant. Pariter reliqui etiam institores in hac civitate cum eiusmodi simplicibus aut compositis purgantibus, ut sunt Rhabarbarum, Sena, Colocynthis, Turpetum, Agaricus, Esula, & similibus, itemq; magnis confectionibus, sicuti est Theriaca ac Mithridatium, penitus non negociabuntur, quandoquidem hæc potius ad pharmacopœos pertinent, quam ipsos. Multo adhuc magis tam ipsi quam universi alii abstinebunt à venditione herbarum aut similium rerum, quibus adjunguntur quædam incantationes aut aliæ superstitiones, vel etiam prorsus media prohibita ac detestanda, aut ullo alio prætextu imperitis hominib. obtrudent. Qui hoc neglexerint, eos Senatus graviter punire non intermittet.

XXIX.

Sic etiam Saccharopœi, Rhizotomi, Herbarii ac Vnguentarii intra suos limites, ac propriam professionem sese (ut decet) contineant, ac nulla parabunt nec exhibebunt purgantia vel corroborãtia Medicamenta, tam in solida, quam in Syruporum aut similium forma, ex eorum numero existentia, quæ in hoc novo Dispensatorio Cordi edito compræhenduntur, sub pœna decem florenorum. Chymicis quoq; ac destillatoribus ac cæteris huius sortis hominibus eodem pacto severe interdicitur, ne eiusmodi Medicamenta sine permissione quovis modo publicè venalia exponant.

XXX.

Cum etiam sæpenumero non contemnendæ querelæ ad Senatum deferantur, de nonnullis clandestinis pharmacopoliis atque tabernis medicamentariis, in quibus Olea, Aquæ (ut vocantur) vitæ, quæ solummodo ad pharmacopœos spectant, itemq; Syrupi purgantes, eiusmodi Electuaria, Tragææ, Morselli, & alia vehementer purgantia &c. sine omni arte parantur, ac absque discrimine sive prosint seu noceant, aliis venundantur, omnino in posterum talia commercia occulta sub pœna decem florenorum vult esse abolita, atque in refragantes, quicunque fuerint, sine ulla excusatione serio animadvertetur.

XXXI.

Singulis ac universis Chirurgis, Tonsoribus, Balneatoribus huius civitatis mandatur, ut fideliter ac diligenter secundum jurisjurandi, quod Senatui præstare quotannis solent, formam, officio suo fungantur, ac omnibus sive ditioribus sive pauperibus, præsertim vero vulneratis vel alio modo læsis, qui ipsorum operam sine mora statim dies noctesque ligando, venam secando, & quicquid ab ipsis fieri necesse est, desiderant, sedulò ac quovis tempore præstò esse studeant, caveantque summopere ne ulli eorum cunctatio vel incuria ipsorum sit detrimento. Inprimis vero in vulneribus periculosis ac lethalibus quam celerrime quempiam ex Medicis huius Reipub. & insuper aliquot juratos ex suo opificio ad certiorem curationem sibi adhibeant: idque si non fecerint, Senatus gravi pœna arbitraria ipsos puniet.

XXXII.

Pariter Chirurgis, Tonsoribus, Balneatoribus & eiusmodi aliis sub mulcta decem florenorum sit interdictum, ne purgantia Medicamenta, Clysteres acriores, vel alias potiones vehementiores, quæ ad internas tantum affectiones exhibentur, pro ipsorum arbitrio usurpent. Atque inprimis caveant (quod etiam expresse in ipsorum juramento prohibitum est) ne intra corpus validas ac periculosas metallicas compositiones, quas nominant Paracelsicas, quemadmodum est Antimonium vel vitreatum vel aliter concinnatum, Ladanum, Turpetum minerale, Mercurius præcipitatus, sive aurum vitæ (ut aliqui splendidius loquuntur) atque eiusmodi plura exhibeant. Quod si contra hoc statutum quempiam aliquid tentasse vel commisisse cognitum fuerit, hic severe pro delicti ratione ad exemplum aliorum punietur.

XXXIII.

His tamen omnibus liberum erit, in morbo Gallico, vulneribus ac similibus affectibus, ad pleniorem curationem, vel materiam peccantem extra corpus expellendam, potiones certas vulnerarias, itemque lenientes ac eius generis alias parare ac suo tempore exhibere. At si malum periculo non vacaverit, ac per se fuerit grave, præsertim in fœminis, consilio alicuius Medici Collegio eorundem addicti uti merito debebunt.

XXXIV.

Quoties etiam contigerit, ut Chirurgi, Tonſores aut Balneatores, præſentibus Medicis ad vulneratos, vel alioquin læſos accerſiti fuerint, eas res quæ ad ipſorum artem & profeſſionem minimè ſpectant, non attingant, nec ſibi quicquam ulterius quam decet, arrogent, neque conſilia aut actiones Medicorum ſugillent, irrideant, vel etiam prorſus contemnant, ſed modeſte, ut par eſt, hac in parte ſeſe gerant. Ac quemadmodum unum quempiam ex Medicis præ cæteris apud ægros minime commendare, aliisve præferre debent: ita viciſſim Medicos etiam ægrotis contra ipſorum voluntatem nullum ex Chirurgis proponere aut obtrudere convenit. Balneatores quoque ac eius generis homines ſimiliter in ſuis medicationibus erga Chirurgos ac Tonſores, qui interdum ipſis ſolent adjungi (ut eorum officii eſt) amice & candide ſeſe gerant, reſpiciendo ſemper ac ante omnia potius ad ægrorum commodum ac ſalutem, quam ſuam propriam affectionem vel ambitionem.

XXXV.

Chirurgi, Tonſores ac Balneatores à ſuis ægris vel vulneratis mercedem immodicam vel etiam iniquam nunquam exigent, contenti ſemper honorario vel ſtipendio æquo ac tolerabili. Quod ſi quiſpiam hoc nomine ſibi injuriam fieri exiſtimaverit, ac conqueſtus fuerit, jurati Chirurgi & Balneatores de hoc ſententiam ferent eiusmodi, ut in illa utraque pars merito poſsit acquieſcere. Sin vero ex Chirurgis ac ſimilibus aliquis inſuper fuerit negligentiæ vel imperitiæ erga ægros detrimentoſæ, manifeſto convictus, is cauſſa legitimè a Senatu cognita ac deciſa, ſecundum leges receptas punietur.

XXXVI.

Lithotomi, Ophthalmici & alii huc pertinentes, tam cives quàm exteri, quibus certum tempus artem ſuam hic exercendi à Senatu conceſſum fuerit, prius tamen à Collegio Medico examinatis, intra ſuæ profeſſionis fines ſeſe ut contineant par eſt, nec inſpectioni Vrinarum, aut quibusvis aliis medicationibus ſive internis ſeu externis ſeſe ingerant, ſub mulcta decem florenorum.

XXXVII.

Cæteris autem ignotis, obſcuris ac imperitis agyrtis, pſeudiatris, ac aliis circumforaneis, qui ſub vario prætextu, quaſi diverſorum morborum remedia norint, ſuum Petroleum, Vnguenta, ac olea &c. miris artibus plebi obtrudunt ac divendunt, ſine expreſſa Senatus licentia nec privatim neque publicè hic verſari ſit conceſſum, idque ſi facere audeant, cum jactura omnium ſuarum mercium tam urbis quam Territorii Noribergenſis illis commercium interdicetur.

XXXIIX.

Mulierculis & aliis qui herbas & radices ac ſimilia colligunt, ac hominibus hic vendunt, ſub pœna ipſi corpori irroganda ſit prohibitum, ne deinceps radices utriusque Hellebori, Eſulæ, Daphnoidem ſive Laureolam, Savinam, & alias res vehementer corpus evacuantes, in foro vel alibi venalia exponant.

VT autem hæc Statuta eo diligentius ac conſtantius obſervari quovis tempore poſſint, ac nemo propter ignorantiam eorum ſe excuſare queat, voluit Ampliſs. Senatus hæc omnia typis hisce publicare, ut ſinguli & univerſi ea melius cognoſcere, ac à mulctis & pœnis in illis compræhenſis ſibi cavere ſtudeant.

Decretum in Senatu, XXVII. Maii, Anno CHRISTI M. D. XCII.

CONFECTIONES AROMATICÆ.

Aromaticum Caryophyllatum, secundum descriptionem Mesuæ.

℞ *Caryophyllorum drachmas septem.*
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ minoris,
Santali Macho Ziri, id est, Citrini odoratiss.
Trochiscorum Diarhodon.
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Spicæ Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi, ana drach. unã.
Rosarum odoratiss. drachmas quatuor.
Glycyrhizæ mundæ,
Galliæ moschatæ veræ, ana drach. duas.
Folii, vel eius loco Caßiæ ligneæ veræ, aut duplex pondus Cinamomi,
Cubebarum, ana scrup. duos.
Ambræ drachm. unam.
Moschi scrup. medium.
Sacchari opt.

In confectionibus Aromaticis, ad librã unam pendentem uncias duodecim, accipiatur uncia una specierum. Sumant itaque Pharmacopolæ in confectionibus libram quæ constat duodecim unciis, & secundùm hanc dividantur drachmæ, scrupuli & dimidii scrupuli. Scrupulus autem pendat viginti grana electa.

Notandum quod hæc & alia Medicamenta Moschum recipientia, nonnunquam rectè posint pro quibusdam fœminis & aliis qui vehementer odorem eius aversantur, sine eo parari, & in fine, ubi opus fuerit, tandem addi. Quare in officinis dimidia pars sine Ambra & Moscho solet parari.

Ventriculum & cor roborat, nauseam vomitumq́ue sedat, valet contra putredinem circa ventriculum. Membra nutritionis calefacit, flatus discutit.

Aromaticum Rosatum, secundum descriptionem Gabrielis.

℞ *Rosarum rubearum drachm. quindecim.*
Glycyrhizæ mundat. drach. septem.
Ligni Aloës,
Santali macho Ziri, id est, Citrini, ana drach. tres.
Cinamomi electi drachm. quinque.
Macis,
Caryophyllorum, ana drach. duas semis.
Gummi Arabici,

Tragacanthæ (quæ ambo parum assentur) an. drachm. duas, scrupulos duos.
Nucis Muscatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ, an. drach. unam.
Spicæ nardi sive Indicæ,
Ambræ gryseæ, an. scrup. duos.
Moschi scrup. unum.
Sacchari.

Alii ponunt Spicæ Indicæ drachmas duas, sed tanta copia hanc compositionem reddit ingratam. In magnis tamen obstructionibus uteri, si quis Medicus velit, ea dosis posset retineri.

In multis Italiæ locis creber huius Medicamenti usus, at non solidum parant, sed in forma Electuarii, pro Sacchāro sumentes Syrupum rosatum ex rosis siccis, & Syrupi de Corticibus citrii pomi, an. q. s. atque ita efficacius esse existimant. non tamen alter quoque modus plane rejiciendus.

Frequens illius usus in ventriculi imbecillitate & humiditate nimia, eiusque putredinem emendat, coctionem adjuvat, appetentiam lapsam excitat, ac prodest plurimum ex diuturno morbo convalescentibus.

Dianisu secundum descript. Mesuæ.

℞ *Anisi electi drach. viginti.*
Glycyrhizæ mund.
Mastichis, an. unciam unam.
Carui,
Macis,
Galangæ,
Fœniculi,
Zingiberis,
Cinamomi, an. drach. quinq.
Trium piperum,
Calaminthæ,
Pyrethri,
Caßiæ ligneæ veræ, an. drachmas duas.
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci, an. drach. unam semis.
Sacchari.

CASSIA *lignea vera debet accipi, quæ jampridem cœpit afferri, figura Cinamomi, gustum aliquantulum lubrica, ac Cinamomi æmula. rejiciatur vero iste parvus cortex saporis insipidi & stiptici, quo multi pharmacopœi hactenus usi sunt.*

Crassis flatibus in ventriculo collectis eiusdemque frigiditati succurrit, itemque pituitam in eo crudam absumit, & tussi diuturnæ medetur.

Diambra ex descr. Mesuæ.

℞ *Cinamomi,*
Doronici sive Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Muscatæ,
Folii aut Caßiæ ligneæ,
Galangæ, an. drach. tres.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi utriusque, an. drach. unam.
Zingiberis drachmam unam semis.
Santali citrini,
Ligni Aloës,
Piperis longi, an. drach. duas.

Ambræ drachmam unam.
alii habent denarium, id est, scrup. quatuor.
Moschi drach. dimidiam.
Sacchari albiß.

Quandoque in morbis capitis inveteratis & senibus, pulveris dosis ad saccharum vel mel utiliter ad duplum interdum augeri solet.

Contra omnem corporis imbecillitatem efficax est, ac frigidam intemperiem discutit. nativum vero calorem excitat, articulos, ventriculum fastidientem, ac inprimis cor & cerebrum roborat. Senibus potissimum convenit.

Diathamaron secundum descriptionem Nicolai.

℞ *Anthophyllorum,*
Zingiberis, an. drach. quinq. s. scrup. unũ, grana sedecim.
Cinamomi,
Carnis sive pulpæ Dactylorũ quàm max. recentium,
Caryophyllorum, an. drachm. quatuor, scrupul. unum, grana sedecim.
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Costi albi & aromatici,
Pyrethri,
Corallii rubri,
Tragacanthæ,
Rhapontici veri,
Saliuncæ, id est, Spicæ Celticæ,
Anacardii,
Oßium dactylorum,
Carpobalsami veri aut Cubebarum,
Anisi,
Baccarum Juniperi, an. drac. duas, scrupul. duos, grana octo.
Trium piperum, an. drachm. unam, scrupulum unum, grana octo.
Blattæ Bysantiæ,
Margaritarum integrarum & perforatarum, ana scrupulos duos.
Limaturæ puri auri,
Limaturæ argenti puri,
Oßium de corde Cervi, vel cornu Cervi, an. scrupulos duos semis, grana sex.
Limaturæ Eboris,
Moschi, an. scrup. unum, grana septem.
Ambræ scrup. unum.
Sacchari.

Hæc compositio, quia laboriosa paratu, & ponderum varietas non exigua depræhenditur, non multum in usu esse solet, sicuti quoque Collegium Medicum Romanum ac Florentinum, nec non alii omiserunt.

THAMAR *Arabibus Dactylum, palmæ arboris fructum significat, unde compositioni nomen impositum.*

ANTHOPHYLLI *sunt grandes Caryophylli, qui ad maturitatem pervenerũt, nucleo intus duro bifidóque, sapore non tam acri ut Caryophylli, præterquam in superficie.*

COSTI, *videlicet albi, fervidum & aromaticum saporem habentis, non vulgaris illius grandis, qui tetrum & ranci-*

dum habet, estque adulterinus, ex Helvetiorum alpibus & Italiæ montibus ad nos allatus, qui forsitan ex Peloponensi Seseli concinnatur. Vide Clusium in annotationibus ad Garziam de Horto, libro 1. cap. 35. ubi depingitur Costus Indicus, quem jam ad nos afferre cœperunt.

CARPOBALSAMI. *Non inconsultum esset, pro hoc accipere Cubebas aut Caryophylla sive Cardamomum, seu aliud semen mordacitatem in gustu cum quadam redolentia secundum Carpobalsami descriptionem referens, si horum nullum antea esset in descriptione. Lege Historiam Balsami apud Petrũ Bellonium lib. 11. cap. 39. secundum versionem Clusii. Ac nuper editum commentariolum accuratiß. Prosperi Alpini Medici Veneti.*

SALIVNCA *germanicum est vocabulum, quo significatur Spica Celtica vera, quã in officinis Spicam Romanam appellant: Sed in Nicolao Alexandrino græco legitur loco Saliuncæ Elelysphacum, id est, Salvia, præsertim in descriptione Aureæ Alexandrinæ.*

LIMATVRAE *auri & argenti. Cum aurum sit metallicum & valde ponderosum corpus, limatura sive scobs eius semper fundum petit, nec ideo æqualiter confectionibus miscetur, quare tam hic quàm alibi potius sumantur folia auri & argenti.*

Efficaciter prodest difficulter spirantibus, arteriacis, tussientibus tabidisque, ac omni thoracis ac stomachi noxæ, hydropicis, nephriticis ac corporis imbecillitati succurrit.

Diacalaminthes secundum descriptionem Mesuæ.

℞ *Calaminthæ montanæ & Campestris,*
Seseleos, id est, Sileris mõtani,
Petroselini Macedonici veri,
Ligustici, an. drach. sex.
Zingiberis drach. tres.
Seminis Apii,
Comarum Thymi, an. drachmas duas.
Piperis nigri drac. duodecim.
Sacchari albißimi.

CALAMINTHA *montana nascitur copiosè in montibus ad Confluentiam urbem. Videtur tamen potius Mesue ponere fluviatilem, quæ est species quædam mentastri. Pulcherrima verò montana crescit in montibus Euganeis prope Patavium.*

CALAMINTHA *campestris, hoc est, usitata Calamintha, quæ in arvis reperitur, estq; efficacior, quàm quæ in locis humidis nascitur. Germanicè* Kornmüntz.

Romani in suo Antidotario non hanc sed alteram Nicolai ponunt.

Auxiliatur cibum fastidientibus, appetentiam excitat, ægrè quoque spirantibus, ventriculis frigidis & flatulentis convenit.

Diacalaminthes Galeni lib. 4. de tuenda valetudine.

℞ *Calaminthæ montanæ,*
Pulegii,
Petroselini,
Seseleos, an. unciam unam.
Apii,
Cacuminum Thymi, an. uncias duas.
Sem. Ligustici unc. octo.
Piperis uncias viginti quatuor.

In Græco Galeni textu notæ ponderum variant, nam pro unciis drachmæ leguntur, quod Augustanorum pharmacopœa sequitur, nimis enim magna est dosis.

Vtitur

Vtitur Galenus in ulcerosis affectibus, & crudis humoribus extra venas in habitum corporis delatis. Confert vitiis thoracis, senibus & quartana laborantibus, coctionem juvat, crassos humores attenuat, flatus dissipat, urinam & menses movet, quæ retinentur propter obstructionem crassorum humorum.

Diacyminu Nicolai.

℞ *Cymini per diem naturalem infusi in aceto, & iterum exiccati, unciam unam, scrupulum unum.*
Cinamomi,
Caryophyllorum, an. drach. tres, & scrup. duos.
Piperis nigri,
Zingiberis, an. drachm. duas, grana quinque.
Galangæ,
Thymbræ vel Satureiæ,
Calaminthæ, an. drach. unã, scrup. duos.
Ammios,
Ligustici, an. drach. unam, grana decem & octo.
Piperis longi drach. unam.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Nucis Muscatæ, an. scrup. duos & semis.
Sacchari.

THYMBRA *est propriè satureia sylvestris, ad quam nascitur Cassutha Epithymo similis, quæ Epithymbrum vocatur. Affertur jam ad nos ex orientalibus partibus, sed rarò, quare in eius defectu sativam Thymbram. id est, Satureiam accipere licet. * Forsitan Cordus intelligit eam plantam, quæ in hortis nostris coltur, & Thymum durius à doctioribus rei Herbariæ vocatur.*

Arteriacis, dispnœicis, tussiculosis & flatulentis prodest, noxam ventriculi corrigit, coctionem juvat. Estq; compositio utilis, atque non sine caussa in crebriore usu habenda.

Diacinamomu. s. d. Mesuæ.

℞ *Cinamomi tenuis drachmas quindecim.*
Cinamomi Crassi, id est, Cassiæ ligneæ,
Radicum Helenii, an. drach. quatuor.
Galangæ drach. septem.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Cardamomi utriusque,
Zingiberis,
Macis,
Nucis Muscatæ,
Ligni Aloës, an. drach. tres.
Croci drach. unam.
Sacchari TabarZeth. drach. quinque.
Moschi scrup. duos.
Sacchari albiss.

SACCHARI *tabarZeth, id est, purissimi ac optimi, cuius drachmæ quinque miscẽtur speciebus, quod ideo hoc loco accipitur, ut species eo melius conserventur ad usum. Alterum saccharum additur, si volumus conficere rotulas.*

Ventriculi coctionem juvat, putredinem pituitæ prohibet, & illam digerit, ac nutrimenti distributionẽ promovet.

Dianthus secund. d. Nicolai.

℞ *Florum Rorismarini unciam unam.*
Rosarum,
Violarum,
Glycyrhizæ, an. drach. sex.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Nucis Muscatæ,
Galangæ,
Cinamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi,
Sem. Anisi,
Anethi, an. scrup. quat.
Sacchari.

Prodest melancholicis, ac animi lætitiam auget, catarrho obnoxiis & cardiacis, Roborat ex longo morbo debiles ac ventriculum debilem habentes.

Diamargariton frigidum incerti autoris, cuius est frequens usus.

℞ *Margaritar. drach. tres.*
Sem. Citrulli,
Cucurbitæ,
Melonum,
Cucumerum,
Portulacæ,
Papaveris albi,
Santali albi,
Santali moscatellini, id est, Citrini odorati,
Ligni Aloës,
Zingiberis,
Rosarum rubear.
Florum Nymphææ albæ,
Boraginis,
Myrtillorum verorum, an. drach. unam.
Corallii albi,
rubri, an. drach. semis.
Sacchari.

Semina frigida majora sunt à corticibus mundanda, ac tum demum, cum in tabellis confectio parari debet, addenda, quod semper est observandum, alioqui compositio fit rancida.

Virium debilitatem firmat, deliquia animi à corde & ventriculo orta pellit, vitales partes roborat, tabidis & tussientibus, ac ex longo morbo convalescentibus medetur.

Diamargariton frigidum aliud.

℞ *Trium Santalorum,*
Rosarum,
Violarum,
Sem. Melonum mundat.
Trochiscor. Diarhod. ana drachmas duas.
Serici tosti,
Ossis de corde Cervi, eius loco cornu Cervi,
Spodii,
Doronici vel Zedoariæ,
Been utriusque, vel eorum loco Rad. Garyophylatæ & Bistortæ,

Spicæ Indicæ,
Croci,
Rasuræ Eboris,
Margaritarum perforatarum & non perforatarum, an. scrupul. duos.
Saphyri,
Hyacinthi,
Smaragdi,
Sem. Endiviæ,
Acetosæ,
Ligni Aloës,
Ambræ gryseæ, an. drachm. dimidiam.
Auri puri drach. unam.
Camphoræ scrup. duos.
Moschi grana quinque.
Sacchari opt.

Hæc compositio ad priores affectus forsitan efficacior quàm prior, in multis Italiæ urbibus celebrioribus in frequenti est usu, sicuti hoc inprimis testatur Philippus Costa Mantuanus in suo diligentiss. libro de Medicamentis quæ per os sumuntur, Italica lingua nuper edito.

Diamargariton calidum, secundum Avicennam.

℞ *Margaritarum non perforatarum,*
Pyrethri, an. drach. unam.
Zingiberis,
Mastiches, an. drach. quatuor.
Zedoariæ,
Doronici, aut eius loco tertiæ partis Caryophyllorum dosin, vel Galangæ,
Sem. Apii,
Cassiæ, vel ut alii Seitaragi, cuius loco Romani Lepidium, Bononiēses rubiam tinctorum sumunt,
Cardamomi,
Nucis Muscatæ,
Macis, an. drach. duas.
Been utriusque, aut eorum loco Rad. Caryophyllatæ & Bistortæ,
Piperis nigri,
Piperis longi, an. drach. tres.
Cinamomi drach. quinque.
Sacchari.

Confert ad universi corporis refrigerationem, cardiacos, ad matricem male affectam, ventriculi fastidia tollit, & coctionem juvat.

Diamoschu dulce Mesuæ.

℞ *Croci,*
Doronici,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis, an. drach. duas.
Margaritarum albarum,
Serici crudi diligenter exiccati & minutim concisi,
Carabæ,
Corallii rubri, an. drachmas duas & semis.
Galliæ moschatæ veræ,
Ocimi Citriati, an. drachm. unam, semis.

Been

Been albi, & rubri,
Folii,
Spicæ Indicæ,
Caryophyll. an. drach. unam.
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi, an. drachmam unam & semis.
Moschi scrup. duos.
Sacchari albi.

OCIMUM *Citriatum non est Melissa, sed species quædam Basilici sive Ocimi, odore Melissæ vel Citrii mali suaviss. foliis latioribus, in cuius penuria Caryophyllatum Ocimum accipi potest.*

Adhibetur in Cordis palpitationibus, confert illis qui habent turbida somnia. Cerebri affectibus frigidis, vertigini, comitialibus & difficulter spirātibus opitulatur, cachexiam emendat, lieni, epati, & ventriculo debili succurrit.

Diamoschu amarum Mesuæ.

℞ *Croci,*
Doronici,
Zedoariæ,
Ligni Aloës,
Macis, an. drach. duas.
Margarit. albarum,
Serici crudi & exiccati, vel parum tosti,
Carabæ,
Corallii rubri, an. drach. duas & semis.
Galliæ moschatæ veræ,
Ocimi Citriati, an. drachm. unam semis.
Been albi & rubri,
Folii,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum, an. drach. unam.
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi, an. drach. unam semis.
Moschi scrup. duos.
Absynthii,
Rosarum, an. drach. tres.
Aloës optimæ ac diligenter lotæ drach. quatuor.
Castorei,
Ligustici, an. drach. unam.
Cinamomi drach. duas & dimidiam.
Sacchari.

SERICUM *crudum parum tostum vel exiccatum significat Sericæ bombycis vellus, nullo colore tinctum, nulloque humori aut succo, qui sit tingendo, incoctum, sed eiusmodi quale natura est, fictiliq; inditũ, exiccatum vel parum tostum, donec teri possit. Vulgo dicitur Sericum ustum, quamvis comburi non debeat, sed leviter exsiccari vel torreri.*

Validior est hæc confectio ad ea quæ jam diximus priore. Ac inprimis efficaciter usurpatur ad humiditates ventriculi & eius putrefactiones.

Diagalanga Mesuæ.

℞ *Galangæ,*
Ligni Aloës, an. drach. sex.
Caryophyllorum,
Macis,
Ligustici, an. drachmas duas.

Zingi-

Zingiberis,
Piperis longi.
Piperis albi,
Calami aromatici,
Cinamomi, an. drach. unam semis.
Calaminthæ siccæ,
Menthæ siccæ,
Cardamomi majoris,
Spicæ Indicæ,
Sem. Apii,
Fœniculi,
Anisi,
Carui, an. drach. unam.
Sacchari albissimi.

Vtimur ad discutiendos flatus crassiores, acidos ructus, ac depravatam coctionem, itemque functiones Ventriculi & Epatis à frigore læsas emendat & roborat.

Diapenidion Nicolai.

℞ *Penidiorum uncias duas.*
Pinearum,
Amygdalorum dulcium,
Papaveris albi, an. drachmas tres, scrup. unum.
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Succi glycyrhizæ,
Tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Amyli candidissimi,
Semin. enucleat. Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis, an. drach. unam & dimidiam.
Camphoræ gran. septem.
Saccha. albiss. q. s. vel in forma Elect. cum Syr. Violat.

Omissis aromatibus quoque paratur, & nominant Diapenidion sine speciebus.

Valet ad omnem thoracis noxam, tussim à frigore contractam, vocis jacturam, tabidis quoque & purulenta rejicientibus confert.

Diaireos Salomonis ex Nicolao.

℞ *Iridis unciam unam.*
Pulegii,
Hyssopi,
Glycyrhizæ, an. drach. sex.
Tragacanthæ,
Amygd. amarorum,
Pinearum,
Cinamomi,
Zingiberis,
Piperis, an. drach. tres.
Caricarum pinguium,
Pulpæ passularum,
Carn. dactylorum, an. drach. tres semis.
Styracis rub. sive calamitæ drachmas duas, scrupul. unum.
Sacchari albiss. vel cum melle quantum satis.

Conficiatur Eclegma.

Tussiculosis, difficulter spirantibus auxiliatur, vocis raucedini confert, quæ ex frigore contracta est.

Diaireos simplex.

℞ *Rad. iridis unciā dimidiam.*
Sacchari Candi,
Specierum Diatragacanth. frigidi, an. drach. duas.
Sacchari albiss.

Ad faucium destillationem, idque initio, confert.

Diatragacanthum frigidum, Nicolai.

℞ *Tragacanthæ albissim. uncias duas.*
Gummi Arabici unc. unam, drach. duas.
Amyli unciam semis.
Glycyrhizæ mund.
Seminū enucleat. Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonū, an. dr. duas.
Camphoræ scrup. semis.
Penidiorū alborū uncias tres.
Sacchari albissimi.

Quod si paulo suavius fieri velimus, dosis Camphoræ ad grana quatuor vel tria diminuetur.

In Græco exemplo quoque additur Sem. Vrticæ & Papaver. albi, an. drach. tres.

Modus parandi est opt. ut fiat emulsio ex quatuor seminibus dictis, in qua dissolvantur libræ duæ & media Sacchari optimi. Coquantur simul ad coctionem Manus Christi. in fine addantur penidia & reliqua in tenuem pulverē redacta, & fiat confectio in tabellis. Aliter fit Electuarium cū Syr. Violato.

Medetur pulmonum & thoracis vitiis aridis, maximè tabidis, macie confectis, inflammationi laterum, ac tussibus calidis & siccis. Valet in exasperatione linguæ, & faucium. Tam diu vero hæc & similia in ore teneantur, donec sint liquefacta.

Diatragacanthum frigidum cum bolo Armeno.

℞ *Specierum jam dictarum unciam dimidiam.*
Boli Armeni Oriental. scrup. quatuor.
Sacchari uncias quatuor.

Fiat Confectio in tabellis.

Romæ ad pondus pulveris solent Boli addere dimidium.

Diatragacanthum calidum, Nicolai.

℞ *Gummi Tragacanthæ uncias quatuor.*
Hyssopi,
Pinearum,
Amygd. amborū purgatorum,
Seminis lini, an. drach. sex.
Fœni græci,
Cinamomi, an. unciam semis.
Glycyrhizæ mundat.
Succi Glycyrhizæ,
Zingiberis, an. drach. duas.
Sacchari albi.

Tussientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus ejicere, asthmaticis, Empyicis, suspiriosis, peripneumonicis, phthisicis confert, Ventriculum roborat & coctionem juvat.

Manus Christi simplex & perlata.

℞ *Sacchari opt. libram unam.*
Aquæ Rosarum quantum sufficit.

Coquantur secundum artem: ac si opus fuerit, in fine addatur Margaritarum subtiliss. tritarum uncia dimidia.

Exhibetur in dejectione virium, & febrium ardore, siti, ac similibus affectibus.

Diahyssopu, Nicolai.

℞ *Hyssopi,*
Iridis,
Thymi,
Piperis nigri, an. drachm. triginta.
Pulegii,
Thymbræ vel Satureiæ,
Rutæ,
Cymini, an. drach. viginti.
Carn. Dactylorum,
Tragacanthæ,
Glycyrhizæ,
Caricarum pinguium,
Passularum enucleatarum,
Fœniculi, an. drach. decem.
Zingiberis,
Anisi,
Carui,
Semin. Ligustici, an. drachm. quinque.
Sacchari.

Convenit capitis affectibus frigidis, uvam exiccat; arterias purgat, tussim compescit, frigiditates pectoris ac ventriculi emendat, coctionem promovet, pleuriticis & empyematicis suo tempore opitulatur.

Diacostu, Mesuæ.

℞ *Costi candidi, aromatici & amari,*
Cassiæ ligneæ,
Cinamomi, an. drach. quinq.
Sem. Apii,
Anisi,
Schœnanthi,
Rheubarbari, an. drach. tres.
Asari drach. quatuor.
Croci,
Aristolochiæ,
Myrrhæ, an. drach. duas.
Sacchari.

ASARI, id est, radicum eius. Solæ enim hic in usum Medicum accipiuntur.

Valet ad dolorem viscerum & eorum obstructiones, necnon ad incipientem hydropem.

Diarhodon Abbatis, ex Nicolao.

℞ *Santali albi,*
rubri, an. drach. duas semis.
Tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Spodii Arabum, an. scru. duos.
Asari,
Masticheſ,
Spicæ Indicæ,

Cardamomi,
Succi glycyrhizæ, vel pulveris,
Croci,
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Galliæ moschatæ Mesuæ,
Anisi,
Fœniculi,
Cinamomi,
Rheubarbari,
Sem. Ocimi, vel potius herbæ,
Acinorum Berberis,
Seminis Scariolæ sive Seriolæ, id est, Intybi,
Portulacæ,
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis,
Papaveris albi, ana scrup. unum.
Margaritarum,
Ossium de corde Cervi, ana scrup. medium.
Sacchari Candi,
Rosarum odoratiss. an. unciam unam, drach. tres.
Camphoræ grana septem.
Moschi grana quatuor.
Sacchari albiss.

Herba Ocimi sumitur propterea, quod semen ex Italia allatum fiat rancidum, & compositionem faciat ingratiorem.

Vtimur in ventriculi, epatis ac lienis, pulmonumque nimio calore, contra viscerum dolores & alia corporis vitia à nimio calore orta.

Dialacca major Mesuæ.

℞ Laccæ præparatæ, ut in fine libri habetur,
Rheubarbari, an. drach. tres.
Spicæ Indicæ,
Mastiches,
Florũ & stipitũ Schœnanthi,
Myrrhæ,
Costi,
Cinamomi,
Croci,
Cassiæ ligneæ,
Bdellii,
Hyssopi,
Sabinæ,
Amygdalorum amarorum,
Succi Absynthii,
Succi Eupatorii Mesuæ, id est, Agerati Diosc.
Rad. rubiæ tinctorum,
Asari,
Gentianæ,
Aristolochiæ rotund. veræ,
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Ammios,
Apii, an. drachm. unam semis.
Piperis nigri,
Zingiberis, an. drach. unam.
Sacchari albiss.

Valet contra frigus ventriculi, obstructiones, inflationes, Epatis & renum duritiem, aquam intercutem, menses movet & flatus dissipat.

Diacur-

Diacurcuma, id est,

Διὰ κρόκου, majus, Mesuæ.

℞ *Croci,*

Asari,

Petroselini Macedonici veri,

Dauci,

Anisi,

Apii, an. drach. quatuor.

Rheubarbari,

Meu,

Phu, sive Valerianæ majoris,

Spicæ Indicæ, an. drach. sex.

Costi,

Myrrhæ,

Cassiæ ligneæ,

Schœnanthi,

Carpobalsami, eius loco Cubebarum vel baccarum Juniperi,

Rubeæ tinctorum,

Succi Absynthii,

Succi Eupatorii Mesuæ, sive Agerati Dioscor.

Opobalsami, eius loco Olei Caryophyl. vel nucis Muscatæ, an. drach. duas.

Calami aromatici,

Cinamomi, an. dra. unã semis.

Scordii veri,

Scolopendriæ sive Ceterach.

Succi Glycyrhizæ, an. drachm. duas semis.

Tragacanthæ drach. unam.

Sacchari albiss.

Notandum, ubi in hac vel simili compositione ingrediuntur quædam quæ teri non possunt, ut hic est Succus Eupatorii, Absynthii, Oleum Balsami succedaneum, nec cum aliis commodè misceri, seorsim esse asservanda, donec confectio paretur.

Confert in morbis antiquis, cachexia & hydrope plurimum, & Epati lieniq́ue succurrit in Chronicis affectibus, ventriculo prodest, ubi intemperies humida & frigida, & crassos flatus dissipat. Doloribus renum & vesicæ succurrit, & urinam provocat.

Diaprasiu Nicolai.

℞ *Prasii drach. quinque semis.*

Tragacanthæ,

Pinearum mundat.

Amygdalorum dulcium,

Pistaciorum,

Carn. Dactylorum,

Caricarum pinguium,

Pulpæ passularum, an. drach. tres cum dimidia.

Cinamomi,

Caryophyllorum,

Nucis Muscatæ,

Macis,

Ligni Aloës,

Galangæ,

Spicæ Indicæ,

Zingiberis,

Zedoariæ,

Glycyrhizæ,

Rheupontici,

Anacardii,

Styracis Calamitæ,

Galbani,

Terebinthinæ,

Mastiches,

Myrrhæ,

Iridis,
Aristolochiæ rotundæ,
Cort. radic. Capparis,
Gentianæ,
Piperis nigri,
Anisi,
Fœniculi,
Anethi,
Apii,
Petroselini macedonici,
Saxifragæ, an. drach. duas.
Hermodactylorum,
Origani,
Peucedani,
Schœnanthi,
Cardamomi,
Piperis albi,
Carui,
Ligustici,
Vincetoxici, an. drach. unam semis, grana duo semis.
Balsamitæ,
Pulegii,
Dictamni Cretici,
Costi,
Pyrethri,
Thymbræ,
Basilici,
Pæoniæ, vel radicis vel sem.
Piperis longi,
Amomi,
Sinoni,
Orobi veri, an. drach. unam, grana duo semis.
Xylobalsami,
Cassiæ ligneæ,
Corallii rubri,
Rasuræ Eboris,
Carpobalsami,
Dauci Cretici veri, an. drach. dimidiam.
Moschi,
Ambræ,
Oßis de corde Cervi, an. gran. quatuordecim.
Sacchari albiß.

SAXIFRAGA in Italia dicitur ea herba, quam in Germania Pimpinellam vocāt. Itali habent diversam Pimpinellam.

BALSAMITA. Nicolaus Alexandrinus Latinè impressus non Balsamitam habet, sed Balsamum. Significat autem Balsami vox nonnunquam etiam mentham, cuius species est Balsamita hoc loco recipienda. Nam si Balsami liquorem intellexisset Nicolaus, non simpliciter Balsamum, sed Opobalsamum posuisset. Coudenbergus tamen Balsamum putat esse legendum, id est, Opobalsamum.*

SINONUM secundum Matthæum Sylvaticum est Petroselinum agreste. Sed de eo infra in annotationibus Aureæ Alexandrinæ.

Sanat capitis vertiginem, oculorum caligines abstergit, destillationem uvæ adstringit, dolorem dentium mitigat, asthmaticis & suspiriosis succurrit, Ventriculi & Epatis dolorem sedat, inflationes & torsiones mitigat, ac progressu morbi pleuriticis prodest. Nephreticos, Calculosos, stranguria laborantes sublevat. Sæpius sumtum colorem pallidum emendat, menses deducit & ritè promovet. Typos quotidianarios & quartanarios reprimit.

Diatrion Santalon, Nicolai.

℞ *Santali albi,*

rubri,
Citrini,
Rosarum odoratiss.
Sacchari Candi Violati, ana drachmas tres.
Rhabarbari,
Spodii,
Succi Glycyrhizæ,
Sem. Portulacæ, an. drachmas duas, grana quindecim.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Semin. Melonum,
Cucumer.
Citrull.
Cucurbitæ,
Scariolæ, an. drachm. unam & semis.
Camphoræ scrup. unum.
Sacchari albiss. q. s.

Vel, ut in Italia passim solet parari Syr. ros. simplicis ad quadruplum reliquorum, ut fiat Electuarium.

Descriptio paulo diversa ab hac est apud Nicol. Mytepsicum sectione. 1. cap. 213. quam sequitur Antidotarium Augustanum: in qua est rosarum ad pondus aliorum omnium nimirum unciç tres, & drachmæ tres, & violarum uncia dimidia.

Confert in Ventriculi & Epatis intemperie calida, ictericis, phthisicis prodest, nec non in febrium declinationibus, ad auferendas reliquias caloris febrilis.

Diaxyloaloes Mesuæ.

℞ *Ligni Aloës opt.*
Rosarum odoratiss. ana unciam unam.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Macis,
Nucis Muscatæ,
Galliæ moschatæ Mes.
Cubebarum,
Cardamomi majoris,
minoris,
Mastiches,
Cinamomi,
Cyperi,
Schœnanthi,
Zedoariæ,
Been albi,
rubri,
Folii aut Macis vel Spicæ,
Serici crudi tosti,
Margaritarum,
Corallii rubri,
Succini,
Foliorum Citrii pomi,
Corticum eiusdem,
Ocimi Caryophyllati,
Sisymbrii,
Menthæ siccæ,
Sampsuchi, id est, Majoranæ,
Piperis longi,
Zingiberis, an. drach. quatuor.
Moschi scrup. unum.
Ambræ drac. unam & semis.
Sacchari albissimi.

CYPERI, id est, rotundi, paulo tamen oblongioris, odorati, qui ex Oriente nunc affertur. in eius penuria autem accipiatur longus odoratus.

Sisymbrium est mentha aquatica nigricantibus instar purpuræ caulibus.

Ventriculi, cordis & epatis frigidis affectibus succurrit, item animi deliquiis & cruditatibus. Oris fœtorem emendat, & lætitiam parit.

Diatrion Pipereon, Galeni lib. 4. de tuenda valetudine.

℞ *Trium piperum, an. drach. sex, grana quindecim.*
Anisi,
Thymi,
Zingiberis, an. drach. unam.
Sacchari albissimi.

Clariss. Medicus Trincavella, sicuti quoque alii in Italia libentius utebantur hac compositione quàm sequenti.

Diatrion Pipereon Mesuæ.

℞ *Trium piperum an. drach. sex.*
Zingiberis,
Thymi,
Anisi, an. drach. duas.
Spicæ Indicæ,
Ammios,
Amomi, vel loco eius Carpesii sive Cubebarum,
Cinamomi, an. drach. unam.
Cassiæ ligneæ,
Seminis Apii,
Seseleos,
Rad. Asari,
Helenii, an. drach. dimidiam, vel secundum alios, scrup. duos.
Sacchari albissimi.

Cinamomum in Mesuæ textu non additur.

Refrigerato ventriculo, acidis ructibus, quartanis, & aliis morbis frigidis ac flatuosis succurrit.

Diazingiber Nicolao ascriptum.

℞ *Zingiberis,*
Galangæ,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Nucis Muscatæ,
Granorum Paradisi,
Piperis longi,
Macis,
Cardamomi,
Spicæ Indicæ,
Rheubarbari,
Rosarum rubearum, an. grana quindecim.
Pinearum mundatarum unciam mediam.
Pistaceorum drach. duas.
Anisi,
Fœniculi,
Glycyrhizæ mundatæ,
Croci, an. drach. mediam.
Sacchari albiss.

Ventriculum roborat, & concoctionem juvat.

Electuarium Ducis ex Nicolao.

℞ *Anisi drachmas duas, grana quindecim.*
Glycyrhizæ,

Masti-

Mastiches, an. scrup. duos,
grana quinque.
Chamædryos,
Cinamomi,
Zingiberis,
Galangæ,
Fœniculi,
Carui, an. scrup. unum, grana quindecim.
Xylocaßiæ,
Calaminthæ,
Dauci,
Pyrethri,
Piperis albi,
longi,
Cyperi rotundi,
Schœnanthi,
Rad. Ireos,
Amomi,
Folii,
Asari, an. scrup. unum.
Spicæ Indicæ,
Croci,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Sem. Anethi,
Calami aromatici,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Carpobalsami,
Cardamomi,
Ligustici,
Sem. Olusatri,
Baccarum Juniperi,
Seseleos,
Rad. Pentaphylli,
Sem. Asparagi,
Citrii pomi,
Acori,
Ammios,
Rheubarbari,
Nucis Myristicæ sive Muscatæ,
Ligni Aloës,
Basilici Caryophyllati,
Milii solis,
Semin. Saxifragiæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis,
Cucurbitæ,
Scariolæ,
Petroselini Macedonici veri,
Been albi,
rubri,
Styracis calamitæ, ana scrup. dimidium, grana quinq;
Penidiorum drach. quatuor, scrup. duos semis.
Sacchari albiß.

OLUSATRI *semen est istud magnum, nigrum, quod in officinis dicitur Macedonicum, quod Smyrnii apud veteres esse creditur.*

Usus contra cruditatem & flatus ventriculi & intestinorum: nec non adversus ilei dolores, & renum.

Electuarium de gemmis calidum Mesuæ.

℞ *Trociscor. Diarhodon Mes.*
Ligni Aloës an. drach. quinq;
Margarit. albarũ drach. tres.

Zedoariæ,
Doronici sive Galangæ,
Corticum Citrii mali,
Macis,
Sem. Ocimi Caryophyllati,
Ambræ veræ, an. drach. duas.
Fragment. Saphyri,
Hyacinthi,
Sardæ,
Smaragdi,
Granatorum,
Cinamomi,
Galangæ,
Zurumbet, an. drach. unam & semis.
Been albi & rubri,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Piperis longi,
Spicæ Indicæ,
Folii aut Spicæ Celticæ,
Croci,
Cardamomi majoris, ana drach. unam.
Coralliorum rubrorum,
Succini,
Limaturæ Eboris,
Fol. auri,
argenti, an. scrup. duos.
Moschi opt. drach. dimidiam.
Sacchari opt. q. s. vel Mellis Emblicati & Mellis Colati, an. ad Electuarium parandum.

Admonendi sunt inprimis Pharmacopœi, ut hoc præstans Medicamentum recte componant, & gemmas eligant probatiss, cum sit efficax ad multos morbos, & inprimis palpitationem cordis.

SAPHYRUS *& Smaragdus, qui passim in officinis habentur, parum valent, cum flammam edant in igne, & ex argentifodinis colligantur, quare sunt omittendi, aut si legitimi non assint, eorum loco de Hyacintho & Granato majus pondus sumatur.* * *Garzias de Horto, lib. 1. c. 48. Aromatum Historiæ, indicat non Fernzegi sed Pernzegi esse legendum, ac intelligendum Turchesam sive Jaspidem Boream; non Smaragdum, Cui Bellunensis assentit.* *

SARDA *gemma est, quæ neotericis Corneola vocatur, quod hactenus pauci animadverterunt.*

ZURUMBET *Species est Zedoariæ, habentis radicem rotundam, quæ affertur cum altera longa. alii eius partem esse putāt.*

Auxiliatur cordis, ventriculi, jecinoris & uteri frigidis morbis. item palpitationi cordis, deliquiis, ac depravatæ coctioni. Tristiciam citra caussam ortam depellit.

Electuarium de gemmis frigidum.

℞ *Margaritar. præparat. drac.*
Spodii Arabum, (tres.
Limaturæ Eboris,
Corallii utriusque, ana drach. duas.
Florum rof. rub. drachmam unam semis.
Fragment. Hyacinthi,
Smaragdi,
Saphyri,
Sardæ,
Granati,
Santali albi,
rubri,
Citrini,

Florum Borag.
Buglossæ,
Sem. Acetosæ,
Basilici,
Been utriusque, ana drach. unam.
Ossis de corde Cervi, drach. dimidiam.
Folior. auri,
argenti, an. quindecim.

Confert in magnis febrium inflammationibus, jecinorosis, dejectioni appetitus, syncopi, cordis palpitationi, tussiculosis, & asthmaticis prodest.

Electuarium Iustinum Nicolai.

℞ *Cinamomi,*
Folii,
Costi veri,
Nardi, id est, Spicæ Indicæ,
Cassiæ ligneæ,
Aristolochiæ longæ,
rotundæ,
Helenii,
Hyssopi,
Pulegii,
Artemisiæ,
Rad. pentaphylli,
Piperis albi,
Orobi veri,
Petroselini,
Ligustici,
Olusatri,
Sem. Vrticæ,
Milii solis,
Sem. Saxifragiæ, vel eius loco pimpinellæ nostræ,
Baccarum Juniperi,
Sem. Asparagi,
Sileris montani,
Apii,
Anethi,
Rutæ,
Citrii mali,
Fœniculi,
Anisi,
Baccarum Lauri, an. drach. unam & dimidiam.
Sacchari albiss.

Medetur dolori renum, Calculos minuit & arenam expellit, nec nõ stranguriam dissolvit.

Confectio liberantis dicta, incerti autoris.

℞ *Rad. Tormentillæ,*
Sem. Acetosæ,
Endiviæ,
Coriandri præpar.
Citrii mali, an. drachm. unam & dimidiam.
Santalorum omnium,
Dictamni albi, an. drachm. unam.
Boli Armeni præparat.
Terræ lemniæ, an. drach. tres.
Margaritarum,
Corallii albi,
rubri,
Succini albi,
Limaturæ Eboris,

Spodii, id est, Eboris usti, de quo in fine,
Ossium de corde Cervi,
Been albi & rubri,
Doronici sive Angelicæ,
Cardamomi,
Cinamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Cassiæ ligneæ,
Croci,
Zedoariæ, an. drachmam dimidiam.
Smaragdi, vel eius loco Hyacinthi aut Granati,
Hyacinthi,
Granati,
Serici crudi tosti & incisi, an. scrup. unum.
Penidii,
Sacchari Candi, an. scrupulos duos.
Florum Nymphææ,
Buglossæ,
Rosarum, ana scrup. unum.
Camphoræ grana septem.
Moschi,
Ambræ, an. grana tria.
Sacchari albissimi.

Paratur etiam utiliter cum Aloë, ut sint partes tres specierum Liberantis, Aloës duæ, & Sacchari duodecim.

Plurimum valet contra pestem, & corpus à contagio præservat, humoresque à corruptione & putredine.

Confectio Cordialis, Alexandri Benedicti.

℞ *Margaritarum,*
Spodii, id est, Eboris usti,
Granatorum verorum,
Cinamomi,
Tormentillæ,
Boli Armeni, an. drach. tres.
Santalorum omnium,
Limaturæ Eboris,
Unicornus, an. drach. duas.
Hyacinthorum,
Saphyri, vel loco eius majus pondus Hyacinthi,
Corallii rubri,
albi,
Succini albi,
Valerianæ veræ,
Dictamni.
Zedoariæ,
Ligni Aloës, an. drachmam unam.
Terræ Sigillatæ aut boli orientalis, drach. unam, scrup. duos.
Serici crudi parum torrefacti scrup. duos.
Ossium de corde Cervi scrup. unum ac dimidium.
Been albi,
rubri, an. scrup. duos.
Foliorum Auri opt. n°. quinque.
Moschi,
Ambræ, an. grana decem.
Sacchari albiss.

Opera

Opera danda ut Bolus Armenus legitimus habeatur, loco autem Vnicornus, si non adest, opt. Cornu Cervinum recte accipitur.

Ad eadem prodest, estque præservans cordis in peste.

Electuarium Læticię Galeno ascriptum à Nicolao Præposito.

℞ *Florum ocimi Caryophyllati,*
Croci,
Zedoariæ,
Xylobalsami vel ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Corticum citrii mali,
Galangæ,
Macis,
Nucis Muscatæ,
Styracis calamitæ, an. drach. duas semis.
Anisi,
Limaturæ Eboris,
Thymi,
Epithymi, an. drach. unam.
Camphoræ,
Moschi,
Ambræ,
Margaritarũ perforatarũ,
Oßium de corde Cervi, vel cornus Cervini opt. ana drach. dimidiam.
Auri foliati puri & puti,
Argenti foliati eiusdem, an. scrup. unum.
Sacchari albiß. q. s.

Fiat Confectio solida.

Si vero volueris parare in forma liquida aut instar opiatæ, tunc addatur

Succii Cydoniorum,
Pomorum odorat. dulciũ,
Boraginis,
Vini veteris opt. an. partes æ- (quales.

In tanta mensura, quanta despumando & decoquendo Saccharo satisfuerit. Nulla enim aqua Saccharum dissolvi aut decoqui ad spissitudinem in hac confectione debet.

Læticiam, colorisque bonitatem efficit. concoctionem juvat, oris odorem conciliat, palpitationi cordis & cachexiæ subvenit.

Electuarium lætificans Rhasis, lib. 9. c. 13.

℞ *Summitat. Melissæ,*
Corticum citrii mali,
Caryophyllorum,
Galliæ moscatæ Mes.
Masticbes,
Croci,
Cinamomi,
Nucis Muscatæ,
Cardamomi majoris,
Neremisch vel Sem. Pæoniæ,
Been albi & rubri,
Zedoariæ,
Doronici vel Angelicæ,
Sem. Ocimi vulgaris,
Caryophyllati, an. unc. dimidiam.
Moschi scrup. unum.
Sacchari albiß. q. s.

Fiat Confectio solida.

Quando voluerimus facere in forma liquida, tunc species prædictas sequenti Syrupo misce, & fac in modum opiatæ.

℞ *Myrobalan. Chebulorum n°. quadraginta.*
Emblicorum n°. sexaginta.
Aquæ libr. sex, aut quantum sufficit.

Vel eius loco, ut Mantuani solent, Aquæ Melissæ aut Boraginis ad obstructiones auferendas, quod Mesue in proprio Capitulo quoque monet.

Coquantur tritæ Myrobalani in aqua, donec remaneat tertia pars, deinde cola. Coluturæ adde mellis despumati libras duas, loco Sacchari, bulliat postea usque ad justam consistentiam, & inspergantur species prædictæ, postquam fervor Syrupi remissior factus est.

NEREMISCH *apud Rhasim est rosa asinina. Interpres autem Averrois dicit Pæoniam esse rosam asinorum, igitur secundum hũc idem esset cum Pæonia. Sed Rhasis de Neremisch & Pæonia duo peculiaria capita habet, tanquam de rebus diversis. Certo itaque statuere non possumus, quid sit Neremisch: quamvis Avicenna & Serapion in suis Synonymis, & Joh. Arculanus in expositione huius Electuarii, itémque Fallopius de Compositione Medicament. pro semine Pæoniæ poni jubeant.*

Corroborat omnia membra principalia, calorem nativum & spiritus vivificat, coctionem juvat, melancholicis opt. convenit. Romæ admodum usitatum medicamentum.

Electuarium Pliri

Sarcoticon, vel rectius pleres archonticon Nicolai Præpositi.

℞ *Cinamomi,*
Caryophyllorum,
Ligni Aloës,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis Muscatæ,
Zingiberis,
Spodii,
Schœnanthi,
Cyperi,
Rosarum,
Violarum, an. drach. unam, gran. quindecim.
Folii,
Glycyrhizæ,
Mastiches,
Styracis calamitæ,
Sampsuchi sive Majoranæ,
Balsamitæ sive menthæ aquaticæ,
Ocimi,
Cardamomi,
Piperis longi,
albi,
Myrtillorum,
Cortic. Citrii mali, ana scrup. duos, grana quinque,
Margaritarum splendidarum,
Been albi & rubri,
Corallii rubri,
Serici tosti & minutim concisi, an scrup. unum, grana duo semis.
Moschi grana septem semis.
Camphoræ grana quinque.
Sacchari albiss.

Tristicia affectis, melancholicis, imbecillo ventriculo, deliquio animi succurrit. Memoriam confirmat, sensus acuit, comitialibus & asthmaticis prodest, omnemque cerebri imbecillitatem minuit.

Lithontribon Nicolai.

℞ *Spicæ Indicæ,*
Zingiberis,
Xilobalsami, seu Ligni Aloës,
Acori sive calami aromatici,
Cinamomi,
Rad. Peucedani,
Meu aut Seseli: Cretici,
Trium piperum,
Saxifragiæ, an. drachmas duas semis.
Opobalsami, vel eius loco olei Juniperi, vel nucis Muscatæ, vel potius Macis,
Caryophyllorum,
Costi,
Rhapontici,
Glycyrhizæ,
Cyperi,
Tragacanthæ,
Chamædryos,
Sem. Olusatri,
Apii,
Ammios,
Asparagi,
Ocimi,
Urticæ,
Citrii mali, ana drachm. unam, gra. quindecim.
Folii,
Croci,
Schœnanthi,
Cassiæ ligneæ,
Bdellii,
Mastiches,
Ireos,
Amomi,
Ligustici,
Milii solis,
Petroselini Macedonici veri,
Seselios,
Sinonis vel semin. Dauci,
Cardamomi,
Anethi,
Euphorbii,
Lapidis Lyncis, aut lapidis Judaici, aut electri,
Olei Nardini,
Olei Moscellini, vel olei nucis Muscatæ, ana scrupul. unum, grana quatuor.

Si volueris facere in forma opiatæ, tunc speciebus adde triplum (alii quadruplum) mellis despumati, loco Sacchari. Diutius enim durant species melle exceptæ quam Saccharo, potest tamen utroque modo parari.

MOSCELLINI olei præparationem infra habebis.

Efficax contra cruditates ventriculi ex frigiditate, Nephriticis, stranguriæ & dysuriæ succurrit, obstructiones à frigidis & crassis succis ortas compescit.

Rosata Novella Nicolai.

℞ *Rosarum,*
Sacchari,

Glycyrhizæ, an. unciã unam, ſcrup. duos ſemis.
Cinamomi drach. duas, ſcrup. duos, gran. duo.
Caryophyllorum,
Nardi, id eſt, Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nucis Moſcatæ,
Zedoariæ,
Styracis calamitæ,
Cardamomi,
Sem. Apii, an. ſcrupul. unum, grana octo.
Sacchari albiſſ.

Confert ventriculi & cordis imbecillitati, his præſertim qui diuturnis morbis conflictantur. Vomitum & nauſeam compeſcit. Ventriculi, epatis, cordis intemperiem calidam & ſiccam emendat. Sudores diaphoreticos, qui plurimum exolvunt & corporis vires exhauriunt, ſiſtit, & longis morbis extenuatis medetur.

Electuarium Diapæonias.

℞ *Radic. pæoniæ unciam unam.*
Macis,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Corallii rubri,
Margaritarum non perforatarum,
Maſtiches, an. drachmam dimidiam.
Myrtillorum verorum drach. unam ſemis.
Cinamomi,
Nucis Moſcatæ,
Caryophyllorum,
Folii,
Zingiberis,
Piperis longi,
Cardamomi,
Granorum Paradiſi, ana drach. duas.
Glycyrhizæ drach. quinque.
Anacardi drach. unam & dimidiam.
Moſchi,
Ambræ, an. grana ſex.
Sacchari albiſſ.

Fiat confectio in tabulis tempore æſtivo. In hyeme verò adde ſpeciebus triplũ mellis deſpumati, & conficiatur Electuarium.

Confert Vertigini & Epilepſiæ, ac ſimilibus morbis.

Electuarium reſumtivum Nicolai.

℞ *Roſarum,*
Glycyrhizæ,
Sacchari, an. drachmas duas, grana quinque.
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, an. drachmas duas, ſcrup. duos.
Santali albi,
rubri, an. dra. unam, ſcrup. unum.
Papaveris albi,

Succi Glycyrhizæ,
Amyli,
Sem. Portulacæ,
Lactucæ,
Scariolæ, an. drach. tres.
Caryophyllorum,
Spodii sive Eboris usti,
Cinamomi, an. drach. unam.
Zingiberis,
Styracis calamitæ, an. drachmas duas.
Croci gran. quinque.
Penidiorum unc. dimid.
Sem. Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis, an. drach. tres.
Cydoniorum scrup. duos.
Amygdalorum dulcium,
Nucleorum pineorum,
Berberis,
Sem. Maluæ,
Coti sive Bombacis,
Violarum,
Nymphææ,
Sebesten, an. drach. duas.
Cum Syrupi Violati quantitate sufficiente.

Fiat Electuarium.

Instaurat humidū nativum, lenit, humectat, nutrit & confortat, aperit poros, choleram sedat, febri, tussi, ac siti utile, item extenuatis, & hecticis.

Diacorum Mesuæ,
ex capite I. de affectibus Nervorum.

℞ *Rad. Secacul vel eius loco Siseris,*
Acori,
Pinearum, an. libram unam & dimidiam.

Radices Secacul mundatæ & incisæ coquantur in aqua clara, donec consumatur, postea opt. tundantur & in minutiss. partes conterantur, donec pulti similes fiāt. Deinde affunde Mellis odorati & opt. despumati libras decem. Coquātur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbiberunt, in vaporem resoluta sit, diligenter agitādo, ne ad vasis fundum adurātur radices. cum autem iustam consistentiam acquisiverit, ab igne deponito, & adde radices acori tenuiss. tritas & pineas minutiss. incisas, & cum sequenti pulvere opt. mixtas.

℞ *Piperis nigri unciam unam.*
Piperis longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Rosarum,
Macis, an. drach. quatuor.
Nucis Muscatæ,
Galangæ,
Cardamomi, an. drach. tres.

Omnia ista simul cum melle & radicibus Secacul misceto, diligenter agitando, ne grumi aliqui relinquantur.

SECACVL aliqui volunt esse Chrithmum Spinosum, vel Pastinacam Marinam, quamvis de eo nondum plane constet. Eius loco potest recte sumi Siserum, Germanis Gritzelmorn.

ACORVS est vulgaris Calamus aromaticus. Mesue jubet elixari. Nos habemus jam paßim recentes & virides, quæ aßumi debent.

Confert plurimum morbis nervorum, acuit sensus, sedat dolores capitis, & peculiare est Medicamentum ad frigidos affectus, potiss. in senibus & Catarrho obnoxiis.

APPENDIX AD CONFECTIONES AROMATICAS CORDI,

Diacorallium.

℞ *Corallior. rub. præpar. drachmas duas.*
Margaritarum præparat. drach. unam.
Boli Armeni drach. dimidiã.
Ligni Aloës scrupul. unum.
Sacchari albißimi, dißoluti in aqua Rosarum & Cinamomi tenuioris q. s.

Fiat Confectio solida.

Apud nos creber huius Confectionis usus in vomitu, lienteria, dysenteria & aliis fluxionibus alvi.

Diacubebæ.

℞ *Santalorum omnium ana drach. duas.*
Cubebarum non exoletarum.
Ocimi Caryophyllati,
Quatuor Sem. frig. major. an. drach. duas.
minorum an. drach. unã.
Ligni Aloës,
Nucis Muscatæ ana drach. dimidiam.
Spodii sive Eboris foßilis,
Limaturæ Eboris, ana drach. unam & dimidiam.
Sacchari albiß. q. s.

Fiat Confectio solida.

Alii addunt Succini albi drachmam unam.

Datur in magna Epatis debilitate, in principio hydropis, tumore pedum oedematico, præsertim si addantur Rhabarb. pulverisati drachmæ tres, vel, ut alii volunt, quatuor.

Confectio Capitalis.

℞ *Cinamomi,*
Zingiberis,
Nucis Moscatæ,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Cardamomi,
Cubebarum, an. drach. unam.
Doronici drach. unam & dimidiam.
Sem. Anisi,
Fœniculi, an. drach. dimidiam.
Florum Lavendulæ drachm. unam.
Specier. Diambræ,

Diamo-

Diamosci dul. ana drach. dimidiam.
Conser. Rosar.
Betonicæ,
Rorismarini,
Lavendulæ,
Majoranæ,
Menthæ, an. drach. duas.
Sacch. dissoluti in aqua Caryoph. & Cinamomi q. s.

Fiat confectio in Morsulis.

Autor huius compositionis apud nos usitatæ est Medicus celebris D. Iohannes Prunsterus, qui ante aliquot annos hic Artem Medicam magna cum laude exercuit.

In frigidis affectibus Capitis & Ventriculi sunt efficaces.

Confectio Liberantis Austriaca, vel ex Bolo.

℞ *Boli Armen. orientalis, unciam unã & dimidiam.*
Terræ Sigillatæ veræ, vel eius loco Silesiacæ, unc. unam.
Cinamomi opt. drach. novem.
Zedoariæ drach. unam semis.
Caryophyllorum drach. duas.
Myrrhæ Selectæ drachmam unam semis.
Santal. rubeorum,
Ligni Aloës, an. drach. unam.
Sem. Acetosæ,
Ammios,
Pimpinellæ,
Rutæ, an. drach. dimidiã.
Baccarum Lauri excort. drachmam unam semis.
Sem. Citrii drach. duas semis.
Rad. Angelicæ drach. tres.
Tormentillæ,
Petasitis,
Dictamni albi sive fraxinellæ
Carlinæ,
Pimpinellæ,
SchorZoneræ, an. drachmam unam semis.
Foliorum Scordii drach. duas.
Rhabarb. opt. drach. unam & dimidiam,
Florum Hyperici,
Rutæ,
Scabiosæ, ana drachmam unam.
Granorum Masticbes,
Thuris albi, an. drachmam unam & dimidiam.
Limaturæ Eboris,
Corall. utriusque, an. unciam dimidiam.
Osium de corde Cervi.
Oculorum Cancri præpar.
Unicornu vel eius loco cornu Cervi selecti,
Margarit. præpar.
Fragment. quinque preciosorum, an. scrup. duos, grana quindecim.
Camphoræ unciam dimidiam.
Croci opt. scrup. duos.
Foliorum auri, n°. quindecim.
Sacch. dissoluti in aqua Rutæ quantum sufficit.

Fiat Confectio in Morsulis pond. drach. duarum, vel in Rotulis.

Alii sumunt Myrrhæ unciam unam & dimidiam, & Limaturæ Eboris scrupulũ unum & semis. ac pro Rhabarb. Rhaponticum verum accipiunt.

In febribus malignis & pestilentibus tam ad præservationem quam curationem utiliter usurpatur, ac magni fit in Austria.

Confectio de Radice Angelicæ.

℞ *Rad. Angelicæ uncias duas.*
Bistortæ sive Serpẽtariæ,
Tormentillæ,
Imperatoriæ,
Vincetoxici, an. unciam dimidiam.
Corall. rubeor. præparat.
Cornu Cervi usti, una drach. duas.

Misceantur & irrorentur cum aceto rosaceo, postea exiccentur, deinde

℞ *harum specierum uncias duas.*
Conserv. Rosarum,
Aceti Rosacei, ana unciam unam.
Sacchari albi libram unam ac dimidiam in aquis Cordialibus dissoluti, &

Fiat confectio in Morsulis.

Valet ad priora, nam tempore contagionum frequens illius usus.

Diaspoliticon Galeni lib. 4. de tuenda valetudine.

℞ *Cumini aceto macerati & tosti,*
Piperis longi vel nigri,
Fol. Rutæ siccat. an. unciam unam.
Nitri unciam semis.

Vel pondus æquale cum reliquis, si movere ventrem nonnihil debet, quo tempore etiam crassius omnia sunt terẽda. In tenuiss. vero pulverem (jubente Medico) redigenda, ubi in totum corporis habitum sit digerendum Medicamentum. Excipi etiam potest Mellis diligenter despumati quadruplo, ut

Fiat Electuarium.

CUMINUM *Æthiopicum jubet Galenus sumi, quod jam in quibusdam locis haberi potest.*

* NITRUM *verum ex Ægypto in Italiam afferri cœptum, quamvis non adeo sit adhuc usitatum. De quo legatur Petrus Bellonius in suis observationibus à Carolo Clusio nuper in Latinam linguam conversis, lib. II. cap. LXXVII. Dent igitur operam Pharmacopœi, ut in posterum legitimum nitrum ad multa utile sibi comparent. Quod si haberi nequeat, sumatur eius loco Sal gemmæ.* *

Contra flatus plurimum præstat, & ventriculum pituita infarctum efficaciter deterget.

Confectio Imperatoris.

℞ *Cinamomi opt. drach. decem.*
Zingiberis unciam unam.
Caryophyllorum unc. dimid.
Galangæ,
Macis,

Nucis

Nucis Muſcatæ ana drach. duas.

Moſchi optimi grana ſex.

Fiant ſpecies, vel cum Sacchari albiſs. in aqua Roſarum & Cinamomi diſſoluti libris duabus, vel quantum ſatis fuerit, fiat Confectio ſolida.

Alia Compoſitio cum Roſis.

℞ *Cinamomi ſelecti unc. unam.*

Zingiberis albi unciã unam ac dimidiam.

Nucis Muſcatæ,

Caryophyllorum,

Macis,

Cardamomi, an. drach. tres.

Galangæ drach. unam.

Roſarum rub. recentium uncias octo.

Incidantur omnia mediocriter, & cum Sacch. albiſsimi diſſoluti in aqua Roſarum & Lavendulæ libris tribus, fiat Confectio in Morſulis.

Vtraque compoſitio eſt roborans Ventriculi & Cerebri frigidioris ac concoctionem adjuvat, vertigini inprimis confert.

Saccharum Roſatum tabulatum.

℞ *Pulveris Roſarũ rubearum opt. unciam mediam.*

Sacchari albiſsimi aqua Roſarum diſſoluti unc. octo.

Fiat Confectio in Morſulis vel Rotulis.

Confectio Pineata ſimplex.

℞ *Nucum Pinearum aqua Roſ. aliquandiu infuſarum, uncias quatuor.*

Sacchari clarificati lib. unam.

Decoquatur Saccharum ad albedinem, & miſceatur cum Pineis ac denuo coquatur ad formandos morſellos.

Confectio Pineata compoſita.

℞ *Amygdal. dulc. unc. unam.*

Pinearum recent. unc. dimid.

Cinamomi drachm. unam.

Macis drach. dimidiam.

Sacchari libram dimidiam diſſoluti in aqua Roſarũ.

Fiat Confectio in Morſellis.

Confectio Dialtheæ.

℞ *Mucilag. radicum Altheæ cum aqua Tuſſilaginis extractæ, unciam unam.*

Sacchari albiſſ. unc. quatuor.

Fiat Confectio in Morſellis.

Sunt etiam qui Saccharum in decocto radicis Altheæ vel Tuſſilaginis diſſolvant.

Ad Catarrhos subtiles, raucedinem, & alia vitia gutturis utilis.

Diacodium solidum.

℞ *Capitum papaveris albi mediocrium, non nimis viridium vel præmaturorum n°. viginti.*
Aquæ pluviæ aut fontanæ libras tres.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec capita contabuerint, & colentur, postremo addatur Sacchari ad sufficientem quantitatẽ, & coquatur secundum artem.

Vsitatiss. in catarrhis salsis ac tenuibus, ad materiam alterandam & incrassandam.

Confectio contra vermes.

℞ *Rad. Dictamni albi sive Fraxinellæ,*
Tormentillæ,
Zedoariæ,
Gentianæ, an. scrup. unum.
Sem. Acetosæ,
Perfoliatæ,
Portulacæ,
Galegæ,
Citrii mali, ana scrupul. unum semis.
Herb. absynthii santonici drachmam unam.
Coriand. præparat. scrupulum unum.
Scordii,
Corallinæ,
Rheubarbar.
Cornu Cervini usti,
Tartari præparat. an. drach. mediam.
Sacch. dissoluti in aqua Portulacæ & Galegæ, unc. sex.

Fiat Confectio in Morsulis.

Huius utiliss. Medicamenti contra vermes, autor est Cl. V. D. Iohannes Hessus, huius Reip. olim medicus celebris & doctus.

Electuarium de Limatura Chalybis.

℞ *Limaturæ Chalybis uncias duas cum dimid.*

Teratur bene super Marmor duriss cũ aceto in subtiliss. pulverem, exicceturin loco calido, vel ad solem, idque septies repetatur. Huius Limaturæ sic præparatæ uncias duas.

℞ *Cinamomi opt.*
Nucis Muscatæ, ana drach. unam.
Rheubarb. opt. scrup. duos.
Specier. aromatici rosati drac. unam & semis.
Mellis opt. despumati & Sacchari clarificati, ana uncias tres.

Lento igne fiat Electuarium.

Hoc ſimplicius eſt inter alias compoſitiones huius generis, quod virginibus cachecticis, in quibus menſes non rite fluunt, & in Epatis obſtructionibus multum prodeſt.

Alia compoſitio.

℞ *Piperis,*
Zingiberis, an. unc. dimid.
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Doronici vel Angelicæ,
Croci, an. drach. duas.
Tamariſci unciā dimidiam.
Sem. Aniſi,
Baſilici, an. drach. mediā.
Limaturæ Chalybis præpar. uncias ſex.
Mellis deſpumati libras tres.
Fiat Electuarium.

Ad prædicta præſertim in frigida intemperie mulierum plurimum commendatur à Doctiſs. Medico Horatio Augenio in ſuis Epiſtolis Medicis, & in pharmacopœa Italice conſcripta ab Hieronymo Caleſtano Parmenſi.

Deſcriptiones Rhaſis & aliorum ubique ſunt in promtu.

Electuarium Diureticum Montagnanæ.

℞ *Cineris putaminum ovorum, ex quibus pulli ſunt excluſi,*
Vitri combuſti,
Lapidis Spongiæ,
Judaici, an. drachm. unam ſemis.
Sem. Appii,
Ruſci,
Petroſelini,
Aſparagi,
Liguſtici, an. drac. unam.
Aniſi,
Glycyrhizæ, an. unciam ſemis.
Sanguinis hirci præparati, drach. quinque.
Mucilaginis Sebeſten libram unam.
Sacchari rubri libram ſemis.
Oxymellis compoſiti unc. tres.
Piſtaceorum depurator. uncias quatuor.

Infundantur Piſtacea in aquā Cineris calidi per duos dies, poſtea minutim incidātur, & coquantur ſimul muſcilagines, Oxymel & Saccharum ad juſtam conſiſtentiam, deinde in mortario incorporentur cum piſtaciis & aliis ſpeciebus, ac fiat Electuarium.

De uſtione vitri & preparatione ſanguinis hirci, vide in fine libri de Præparationibus.

Confert in urinæ retentione, dyſuria, & ſtranguria: urinam valide provocat, & nonnunquam calculos, nondum induratos nimium, frangit.

Electuarium opticum.

℞ *Specierum Pliris archontici,*
Semen Fœniculi, an. drachm. unam.
Macis,
Cubebarum,

Cina-

Cinamomi,
Piperis longi,
Caryophyllorum, ana ſcrup. ſemis.
Euphragiæ unciam ſemis.
Succi Salviæ,
Rutæ,
Chelidonii, an. unc. ſemis.
Sacchari clarificati unciā unam.
Mellis Roſati uncias quinq;.

Coquantur ſucci cum melle ad ſolitam conſiſtentiam, deinde ſpecies tritæ addantur.

Hoc Electuario feliciter uſi ſunt ad viſus imbecillitatem & ſuffuſiones præſtantiſs. Medici D. Occones, avus, pater, & filius, qui poſtremus & pharmacopœiam Auguſtanam, ex qua nos deſumſimus, ad ſingularem utilitatem publicam edidit, & nunc etiam ſumma cum laude Auguſtæ Artem Medicam exercet.

Electuarium Pectorale Langii.

℞ *Pinearum præparat. drach. duas ſemis.*
Pulpam unius dactyli pinguis,
Glycyrizæ mundatæ,
Rad. Iridis, an. drach. unam.
Tragacanth. ſcrup. duos ſemis.
Sem. Fœniculi ſcrup. unum.
Urticæ ſcrup. dimidium.
Rad. Angelicæ drach. dimid.
Cinamomi ſcrup. quatuor.
Styracis calamitæ ſcrup. unū.
Sacchari Candi unc. unam.
Penidiorum drach. quinque.
Syr. de Scabioſ. & de Tuſsilagine quantum ſatis eſt.

Fiat Electuarium.

Poteſt etiam in quibusdam morbis pro arbitrio Medici utiliter addi aliquid Croci.

In morbis pectoris, ubi materia non bene expurgatur, palatui gratum eſt Medicamentum.

Habetur & alterum D. Occonis in pharmacopœia Auguſtana ad Aſthma ſatis efficax.

Electuarium de Paſſulis.

℞ *Conſervæ Roſarum incarnatarum drach. decem.*
Paſſularum munda. unciam unam ſemis.
Piſtaceorum viridium drach. duas.
Macis ſcrup. unum.
Calami aromatici drachm. dimidiam.
Cinamomi electi ſcrup. quat.
Ventriculorum internorum gallinaceorum vino ablutorum ſcrup. duos.
Schœnanthi,
Laccæ præparat. ana ſcrupul. unum.
Rad. Aſari,
Cyperi, an. drach. dimidiam.
Cardamomi ſcrupulum dimidium.
Rad. Cichorii conditi unciam dimidiam.
Zingiberis conditi drach. ſex.
Limaturæ Eboris ſcrup. duos.
Pimpinellæ cōdit. dra. quinq;.

Cum

Cum melle passulato fiat Electuarium.

In discrasia Epatis mala ac Ventriculi, & principio Cachexiæ utiliter crebro exhibetur.

Electuarium Stomachicum.

℞ *Succi menthæ depurat. uncias undecim.*
Succi Cydoniorum unc. octo semis.
Succi Millefolii unc. tres semis.
Olei vitrioli opt. parati & rectificati unciã dimidiam.
Sacchari puriss. libram unam & dimidiam.

Decoquantur ad mediocrem consistentiam, & inspergatur Cinamomi subtiliter pulverisati uncia una, ac fiat Electuarium.

Electuarium hoc præstans ac suave est Medicamentum, ad recuperandum prostratam coctionem, & reprimendum vomitum superfluum. Datur ante vel post cibum, prout opus fuerit, magnitudine Castaneæ vel nucis juglandis.

Confectio de Thure.

℞ *Sem. Coriand. præpar. unciam semis.*
Nucis Muscatæ,
Thuris albiss. an. drach. tres.
Glycyrhizæ,
Mastichis, an. drach. duas.
Cubebarum,
Corn. Cervi præparat. ana drach. unam.
Conserv. Rosar. rubearum unciam unam.

Cum sufficienti quãtitate Sacchari albiss. fiat Confectio in Morsellis pond. drachm. duarum.

Habuit in usu plurimum ad catarrhos exiccandos & sistendos Cl. vir D. Hieronymus Heroldus, quod adhuc parari solet.

Diacorum Magistrale.

℞ *Rad. Acori recent. libr. unam.*
Helenii uncias quatuor.
Pæoniæ maris unc. duas.
Calami aromat. recent. sive Acori veri uncias tres.

Incidantur secundum artem, & coquantur in vino rubro donec mollescant, deinde

℞ *Mellis lib. quatuor cum prædicto decocto inspissati,* & addatur
Zingiberis uncia una semis.
Cinamomi uncia una.
Nucis Muscatæ,
Macis,
Caryophyllorũ an. drac. duas.
Galangæ,
Cardamomi, an. drach. una.

Omnia incidantur, & fiat Electuarium secundum artem.

Prophylacticum in apoplexia & similibus defluxionibus.

PVLVERES
MEDICATI NON PVRGANTES.

Pulvis pro Epithemate cordis.

℞ *Santali rubri unciam unam.*
Corticum Citrii mali,
Santali albi,
Rosarum,
Corallii rubri & albi,
Succini sive Carabæ,
Spodii vel Eboris usti, ana unciam semis.
Oßis de corde Cervi,
Croci, an. drach. unam.
Specierum Lætitiæ Galeni,
Elect. de gemmis,
Diamargariton,
an. scrup. quat.
Camphoræ scrup. unum.

In pulverem redactæ species commisceantur.

Pulvis pro Epithemate Epatis.

℞ *Rosarum,*
Santali albi,
rubei,
Absynthii,
Schœnanthi,
Spodii vel Eboris usti,
Spicæ Indicæ, an. unc. dimidiã.

Contrita in pulverem misceantur.

APPENDIX.

SPECIES CORDIALES TEMPERATAE.

℞ *Cinamomi opt. unc. mediam.*
Corall. rubri & albi præpar.
Ligni Aloës,
Succini albi præpar.
Spodii ex Ebore foßili,
Oßis de corde Cervi, an. scrup. quatuor.
Croci opt. scrup. duos.

Si quis pretiosiorem cupiat, assumat alteram in pharmacopœia Augustana descriptionem.

Pulvis Haly, apud Valescum, contra Phthisin.

℞ *Papaveris albi, drac. quinq;*
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthæ, an. drachmam unam & dimidiam.

Sem. Portulacæ, alii Goßypii,
Althee,
Maluæ, an. drachm. duas semis.
Quatuor semin. frigid. major.
Cydoniorum mundat. an. drach. tres semis.
Spodii præparati vel Eboris usti,
Succi Glycyrhizæ vel potius pulveris subtiliß. an. drac. unam semis.
Penidiorũ ad pondus omniũ.
Fiat Pulvis.

Observandum, posse in minori dosi rectè parari, cum alioqui semina nonnulla facile rancescant.

Pulvis alius contra Phthisim.

℞ *Herb. Pulmonariæ,*
Veronicæ,
Chamædryos,
Pulmon. Vulpis præpar.
Ligustici, an. drachmam dimidiam.
Macis drach. unam.
Nucis Moscatæ drachmam dimidiam.
Cardamomi,
Pul. Glycyrhizæ select. unciam dimidiam.
Confect. Diambræ unciam unam, drach. sex.

Vsurpatur in pulmonum affectibus frigidis & ubi materia crassa nimis est impacta.

Pulvis Apoplecticus.

℞ *Specierum Diarhod. abbat. opt. parati,*
Succini albi præpar. ana unciam dimidiam.
Corall. rubri & albi,
Fragment. Hyacinthi,
Granat.
Rubini præpar. an. drach. unã.
Misce, fiat pulvis.

Alii tantum ex una parte specierum & duabus succini præparati conficiunt.

Hic pulvis in præservatione Apoplexiæ, & similium affectuum cerebri, à multis cum singulari utilitate usurpatur.

Pulvis Epilepticus, apud nos dictus Marchionis.

℞ *Radicum Pæoniæ maris suo tempore effoßi (si haberi potest) unciam dimidiam.*
Visci quercini,
Limaturæ ungulæ alcis selectæ
Eboris,
Spodii,
Unicornus, vel eius loco probati Cervini,
Corall. rubeorum,
alborum,
Margaritar. præpar. ana drach. unam.
Folior. auri puri n°. viginti.
Fiat Pulvis.

In catharris, intemperie humida & frigida cerebri, terroribus nocturnis, in metu apoplexiæ & epilepsia admodum creber apud nos usus est huius pulveris.

Pulvis Epilepticus minus pretiosus.

℞ *Rad. Pæoniæ collectæ luna decrescente, drach. duas.*
Dictamni albi scru. quatuor.
Visci quercini drachmam unam semis.
Cubebarum,
Coriand. præpar. ana drach. dimidiam.
Nucis Moscatæ drachmam unam.
Fiat Pulvis.

Pulvis contra Casum.

℞ *Rheubarbari opt. drac. unam.*
Mumiæ veræ,
Spermatis Ceti, recent. ana drach. dimidiam.
Terræ Sigillatæ,
Boli Armeni, an. drach. unã.
Sanguinis Draconis scrupul. duos.
Rad. Consolidæ majoris vel Rubiæ veræ,
Pimpinellæ, ana scrupulos quatuor.
Terantur omnia subtiliss.

Nonnulli addunt utiliter Oculorum Cancri cum aqua Cerefolii præpar. scrupulos quatuor, & tantum tempore usus addunt sperma ceti recens, ne fiat rancidum.

Datur præcipitatis, contusis, fractis & ex pondere sublato læsis, ex vino vel jusculo aliquo.

Pulvis Stomachicus, nonnullis Ducis dictus.

℞ *Cinamomi Electi, unciam unam & semis.*
Zingiberis,
Piperis,
Glycyrhizæ, an. unc. mediam.
Piperis longi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Macis,
Cardamomi majoris & minoris,
Nucis Moscatæ, ana drach. unam.
Nardi drach. mediam.
Terantur omnia in tenuem pulverem.

Pulvis partum promovens.

℞ *Cinamomi opt. drach. unam.*
Caßiæ ligneæ veræ scrup. duos.
Croci drach. mediam.
Succini albiß. scrup. unum.
Fiat Pulvis.

Alius Helidæi Bononiensis Medici.

℞ *Cinamomi,*
Croci, an. scrup. unum.
Boracis scrup. quatuor.
Detur ex Aqua Artemisiæ vel simili.

Pulvis contra suffocationem uteri.

℞ *Sem. Viticis,*
Pæoniæ, an. drach. unam.
Anisi,
Ammios. an. drachmam mediam.
Herb. Calamenth.
Gattariæ,
Rutæ siccæ, ana scrupu. unum.
Rad. Zedoariæ drachmam dimidiam.
Fiat Pulvis.

Datur drachma dimidia in vino albo.

Pulvis contra Calculum.

℞ *Sem. Milii solis,*
Saxifragiæ, ana drachm. unam.
Hioscyami,
Lactucæ,
Papaveris albi, an. scrupul. duos semis.
Sem. 4. frigid. major. ana scrupul. duos.
Glycyrhizæ scrup. quatuor.
Trocisc. Alkakengi drachm. unam semis.
Rad. Pimpinellæ,
Ononidis,
Sem. Genistæ, an. drach. med.
Sacchari opt. uncias duas.

Datur cum aqua Malvarum & parum Oxymellis, vel simili liquore.

Pulvis contra Pestem efficacis.

℞ *Myrrhæ Elect.*
Croci, an. drach. unam.
Ossis de corde Cervi, scrupul. duos.
Cornu Cervini select. drach. duas.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ, ana drachm. duas, scrup. duos.
Zedoariæ,
Zingib. an. drach. tres.
Sulphuris vivi,
Boli Armeni veri, ana drach. quatuor.
Camphoræ scrup. quatuor.
Theriacæ opt.
Mithridatii, an. drach. sex.

Fiat omnium pulvis aspergendo aquæ vitę modicum, f. a.

Infinitus est ferme numerus pulverum eiusmodi alexiteriorum, ut videre est in libellis seorsim de peste editis. Sed cum pulvis dictus rubeus Cæsaris, tum alibi tum Augustæ (ut testatur Clariss. vir D. Adolphus Occo in sua Pharmacopœa) pluribus profuerit, eum instar multorum aliorum hic ponere voluimus.

Pulvis alius Bezoarticus.

℞ *Boli Armeni oriental. præparati uncias duas.*
Terræ Sigillatæ veræ unc. sex.
Lapidum pretiosorũ, scilicet,

Hyacinthi,
Saphyri,
Rubini,
Smaragdi, an. unciam unam.
Margaritarum præparat. drachmas decem.
Spodii præparat.
Limaturæ Eboris, an. drach. quinque.
Corall. rubeorum præparat. drach. octo.
Corallior. albor. præpar. unc. unam semis.
Rad. Tormentillæ,
Dictamni, an. uncias quatuor.
Unicorn. vel eius loco Cervini, drach. sex.
Santali albi drachm. unam.
Rad. Doronici vel sem. Citrii, drach. sex.
Scordii drach. duas semis.
Sem. Acetosæ drach. duas.
Corticum Citrii pomi drach. unam semis.
Camphoræ drach. duas.

Pulverisentur singula per se & misceantur, addendo foliorum auri numero quinquaginta, & fiat Pulvis.

Si Confectio in forma solida expetatur, ita paranda erit.

℞ *Specierum supra dictarum unciã unam cum dimid.*
Sacchari albiss. uncias duodec.

Dissolvatur Saccharum cum aqua Rosarum, & fiant tabellæ vel rotulæ.

Hic pulvis usitatiss. fuit in præservatione pestis, Clarissimo viro D. Lucæ Stengelio Medico celeberrimo Augustano.

Pulvis Saxonicus.

℞ *Rad. Valerianæ unciã semis.*
Angelicæ sativæ, unc. quatuor.
Vincetoxici,
Urticæ, an unc. unam.
Polypodii quercini,
Altheæ,
Angelicæ sylvestris an. uncias duas.
Corticum rad. Laureolæ germanicæ, unc. unam semis.

Radices effodiantur ab xv. August. usq; ad viii. Septemb. incisæ reponantur in ollam vitreatã, affuso aceto acerrimo ad duos digitos supra radices eminente: ollæ rimę diligenter ubique albumine ovi cum farina subacto oblinantur, deinde leniter omnia bulliant, postea radices abjecto aceto exiccentur & terantur, ac addantur Acini herbæ Paris dictæ numero viginti quatuor. ultimo fiat Pulvis.

In Saxonia primum fuit usurpari cœptus feliciter in peste, & venenis assumtis, unde vocant in illis partibus, das Gifftpulver. Alii aliter componunt, sed hæc descriptio est verior.

Datur

Datur adultis ex vino vel alio liquore drachma una, aliis minor dosis sufficit.

Pulvis adversus Scabiem in Italia usitatiss.

℞ *Sulphuris vivi,*
Nitri veri vel eius loco Salis gemmei,
Foliorum Majoranæ, ana drach. duas.
Lithargyri aurei,
Cort. rad. Ellebori nigri, ana drachmam unam.
Pimpinellæ drach. dimid.

Seorsim trita, cribrata & mista servantur, & cum ol. Rosato ac Costino cuti affricãtur.

Pulvis contra Abortum.

℞ *Granorum Chermes recent. drach. unam.*
Santalor. rubeor. drac. dimid.
Caryophyllorum scrup. unum.
Nucis Moscatæ scrup. duos.
Rad. Tormentillæ dra. dimid.
Margaritar. præpar.
Corallii utriusque præparat. an. scrup. unum.
Folior. auri n°. tria.
Manus Christi perlat. & Sacch. albiss. an. drachm. unam & dimidiam.

Fiat Pulvis.

PVLVERES LENIENTES ALVVM VEL PVRGANTES ET SIMILES.

Pulvis de Turbit.

Avicennæ.

℞ *Zingiberis albi,*
Mastiches,
Turbith. subtiliss. pulverisati, an. drachmas decem.
Sacch. TabarZet quantum eorum est.

Commisceantur.

Purgat humores phlegmaticos, datur pueris, mulieribus, senibus, delicatis & ociosis.

Pulvis Senæ præparatæ secundum Montagnanam.

℞ *Folior. Senæ mundat. drachm. duodecim.*
Zingiberis,
Macis, an. drach. tres.

Cinamomi,
Tartari, an drach.unã semis.

Hæc in pulverem redacta misceantur.

Purgat optime caput. dosis drachma una ante cœnam.

Pulvis aut Tragea Laxativa.

℞ *Fol. Senæ Tartari albissimi an. drachmas duas.*
Turpeti,
Dacrydii ana drach. unam cum dimidia.
Garyophyllorum scru. unum.
Zingiberis,
Galangæ, ana scrupul. unum cum dimidio.
Sacchari albissimi drach. sex.

Misce, fiat Pulvis.

Purgat bilẽ, phlegma & melancholiam.

Pulvis Sternutatorius.

℞ *Radicum pyrethri unciam unam.*
Castorei unciam dimidiam.
Hellebori albi & nigri an. unciam unam.
Majoranæ manipulum unum.

Misceantur, fiat lege artis pulvis.

Nasalia.

℞ *Calaminthæ,*
Majoranæ,
Radic. Iridis,
Sem. Nigellæ,
Castorei,
Sem. Staphysagriæ, ana scrupul. unum.
Hellebori albi,
Pyrethri,
Nucis Moscatæ,
Myrrhæ rubeæ,
Euphorbii. an. scrup. duos.

In pulverem singula conterantur, deinde cum
Ladani drach. sex, & melle modico,

Formentur Nasalia.

Suppositoria simplicia.

Conficiantur cum Melle & Sale simul coctis ad convenientem crassitiem.

Species ad Glandes aut suppositoria acria conficienda.

℞ *Hellebori albi,*
Granorum Colocynthidis, an. unciam unam semis.
Esulæ præparat.
Hermodactylorum, ana unciam unam.
Specierum Hieræ picræ simpl. Galeni, ana drachmas duas.

Misceantur pulverisata.

APPENDIX.

Pulvis ex Soldanella.

℞ Soldanellæ recentioris aceto maceratæ drach. duas.
Rhabarb. elect. drach. unam & dimidiam.
Cinamomi selecti scrup. duos.
Hermodactyl. drach. unam.
Zingiberis scrup. unum.
Sacchari albi drachmas duas semis.

Misce, f. Pulvis.

Alii addunt parum foliorum Senæ, potiss. si qui Rhabarb. ferre nequeant.

Datur Cachecticis & Hydropicis cum fructu.

Pulvis contra Hydropem D. Erasti.

℞ Pul. folior. Soldanellæ drach. unam semis.
Fol. Senæ drachm. duas.
Turpeti, vel Rhabarb. scrup. unum.
Sacchari drachm. unam.

Misce, fiat pulvis.

Quidam addunt pul. lumbricorũ terrestrium præparat. & exiccatorum ad pondus omnium.

Pulvis contra Vermes.

℞ Semin. Santonici, drachmas duas.
Coriand. præpat. scrupulum unum.
Corn. Cervini usti drachmam unam.
Corallinæ drachmam dimidiam.
Sem. Caulium drachmam unam semis.
Rhabarbari opt. drachmam unam.
Sacchari drachmam unam & dimidiam.

Misce, f. Pulvis.

Nonnulli sumunt loco Rhabarbari tantundem foliorum Senæ vel paulo plus, cum Rhabarbarum sit pueris non semper acceptum.

COMPOSITIONES MAGNÆ ET OPIATÆ.

Diaolibanu Nicolai, vel Actuarii.

℞ Castorii,
Opii,
Hyoscyami albi, ana drach. tres.
Cassiæ ligneæ drachmas duas, scrup. duos.
Folii,
Croci,
Thuris masculi, ana drach. duas.
Rhapontici,
Amomi vel Carpesii, ana drachmam unam, scrup. duos.
Myrrhæ drach. unam semis.
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Euphorbii,
Piperis albi, an. scrupul. duos semis.
Pæoniæ,
Styracis Calamitæ,
Piperis longi, ana drachmam unam.
Mellis despumati triplex pondus.

Est autem observandum in omnibus opiatis, ut singulis unciis specierum misceantur tres unciæ mellis despumati. Si minus fuerit, facile exiccatur confectio. Sin vero plus illius addatur, vires eius disperguntur. In nonnullis tamen consilio peculiari Medicorum utendum.

THVS masculum est album aut flavescens puriss. in globulos rotundos, aut testiculorum figura geminos concretum, ideo masculi nomen accepit.

OPIVM ut sit legitimum, neque illius loco Meconium accipiatur, diligenter videndum. Scripsit autem inter alios accurate de opio Petrus Bellonius in suis observationibus lib. III. cap. XV. secundum versionem Caroli Clusii, qui omnino est inspiciendus. Tradit vero inter alia ita illius delectum esse faciendum. Opt. est amarum, gustu calido, ut fauces incendat, flavescit leoninorum pilorum modo, in massam veluti ex granulis diversi coloris coactum, cuius grana in papaveris capitibus collecta cohærent & in placentulam quodammodo coëunt, odor virosus & gravis: licet autem in refrigerantium ordine reponatur, fauces tamen incendit. Cogitur in placentulas in ipsa Asia minore, quatuor unciarum pondo ultra selibram non pendentes, at mercatores lucri caussa illud multiplicant, sic ut Massæ Venetiis delatæ libram quasi pendant.

Vtile est adversus capitis passiones, ac hemicraniam, & lacrymas sistit. fauces catarrho obsessas & arterias lenit: hæmoptoicis & tussientibus medetur, vomitum compescit, dolorem stomachi & nauseam aufert. Peripneumonicis, pleuriticis, Empyicis subvenit. Gonorrhœam & Satyriasin emendat, ac menses nimios sistit.

Musa Enea sive Zazenea Mesuæ.

℞ *Castorii,*
Myrrhæ,
Opii,
Piperis nigri, & longi,
Galbani,
Costi,
Cinamomi,
Phu sive Valerianæ veræ,
Meu, vel eius loco Seselios Cretici,
Dauci,
Asari,
Croci, an. drach. tres.
Mellis despumati optimi triplex pondus.

Valet ad affectus frigidos, & crassos flatus, debilemque ventriculum, & tardam concoctionem juvat, doloribus Colicis & difficultati urinæ, & hujus mucori medetur. Vsus quoque ad accessiones periodicas febris quotidianæ, tertianæ & quartanæ, si detur ante accessionem per horam in vino calido, vel aliquo liquore appropriato, corpore prius rite præparato & evacuato.

Philonium Majus sive Romanum Nicolai.

℞ *Piperis albi,*
Sem. Hyoscyami albi, ana drach. quinque.
Opii drach. duas semis.
Casiæ ligneæ drachmam unam semis. *
Sem. Apii drach. unam.
Petroselini Macedonici veri,
Fœniculi,
Dauci Cretici legiti. an. scrupul. duos, grana quinque.
Croci drach. dimidiam, alibi scrup. unum.
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ, an. grana quindec.
Cinamomi drach. unã semis.
Euphorbii,
Costi, an drach. unam.
Mellis despumati opt. pondus triplex.

Bononienses & alii pro Costo ponunt Myrrhæ & Castorii an. drachmam unam.

Emendat tussim ex Catarrho tenui cum vino mulso datum, peripneumoniam cum hydromelite, sanguinis sputum cum polygoni succo. Cruditatem ventriculi & vomitum cum posca, dolorem epatis cum œnomelite levat, spleneticis & ictericis cum Oxymelite convenit. Cœliacis cum decocto Rutæ, aliisque affectibus medetur.

Philonium Romanum Mesuæ.

℞ *Piperis albi,*
Sem. Hyoscyami albi, ana drach. viginti.
Opii drach. decem.
Croci drach. quinque.
Spicæ Nardi Indicæ,
Pyrethri,
Castorii, an. drach. unam.

Mellis despumati opt. triplum pondus.

Nonnulli addunt Moschi scrupulum unum.
Inter multas compositiones Philonii, nullum aliud per universam Italiam & alibi est usitatius hoc ipso, quamvis potius secundum Avicennam parent, vocentque ideo Philonium Romanum Tarsense Avicennæ, ac addant ad priora Euphorbii, Castorii, Doronici, Margaritarum non perforatarum, Seil, vel eius loco Zingiberis, an. drachmam unam.

Mitigat dolores & cruciatus mirum in modum, præsertim ventriculi, uteri, laterum, & intestinorum cum decocto Chamæmeli vel rutę, & somnum provocat cum aqua lactucæ, vel syrupo papaveris, tollit dolorem capitis cum decoctione Stœchadis vel Betonicæ, prohibet catarrhum cum decocto Thuris vel Spicæ, contra spasmũ vel paralysin bibitur, cum decoctione nucis Moscatæ, promovet anhelitum cum decoctione baccarum lauri vel hyssopi, & sedat tussim cum aqua mellis, provocat urinam, & dicitur frangere lapides vesicæ cum decoctione Saxiphragiæ vel aqua Apii, compescit vomitum & fluxum sanguinis ex ore, cum succo plantaginis vel decoctione Mastiches, atque sedat singultus & præfocationes vitiaque matricis, valideque somnum inducit.

Philonium Romanum sive Tarsense Galeni lib. I X. de Composit. Medicament. secund. loca, & Ægynetæ.

℞ *Croci drach. quinque.*
Pyrethri,
Euphorbii,
Spicæ Indicæ, ana drachmam unam.
Piperis albi,
Hyoscyami albi, ana drachm. viginti.
Lachrymæ papaveris sive Opii drach. decem.
Mellis despumati opt. triplũ.

Differentia est inter Galeni & Aeginetæ rationem componendi hoc Medicamentum, quod Aegineta loco Hyoscyami drachmarum viginti, tantum decem sumat.

Facultas eadem cum prioribus, itemque dosis.

Philonium Persicum Mesuæ.

℞ *Piperis albi,*
Hyoscyami albi, ana drach. viginti.
Opii, *
Terræ Sigill. vel Boli Armeni orient. an. drach. decem.
Lapidis Hæmatitis sive Scedenegi,
Croci, an. drach. quinque.
Castorii,
Spicæ Indicæ,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritarum,
Succini,
Zedoariæ,
Doronici,
Trocisc. Ramich. ana drach. unam.
Camphoræ scrup. unum.
Mellis rosat. optimi triplum.

* Notandum, Cordum, & nonnullos alios secutos textum Mesues vulgatum, retinere papaveris albi drach. viginti. Contra vero Romanum Antidotarium & major pars doctiss.

doctiss. virorum volunt textum Mesues esse depravatum, & legendum piperis albi, quod certè rationi non absimile esse videtur, atque ideo nos quoque voluimus sequi. *

Inventum ad sanguinem nimium mensium, hæmorrhoidum, fluxum ventris, vomitum, sputum sanguinis, præsertim cum succo plantaginis bibitum, etiam in uterum immittitur propter nimium fluxum mensium, & in clysteres. Consolidat ulcera & venas, & gravidas ab abortu præservat.

Requies Nicolai.

℞ *Rosarum rubrarum ab unguibus depuratarum,*
Florum violar. purpurear. an. drach. tres.
Opii Thebaici vel alterius selecti,
Sem. Hyoscyami albi,
Papaveris albi,
Corticum radic. Mandragoræ.
Sem. Scariolæ sive Intybi,
Portulacæ,
Lactucæ sativæ,
Psyllii,
Nucis Moscatæ,
Cinamomi,
Zingiberis,
Sacch. Candi, an. drach. unam & dimidiam.
Santali albi,
rubri,
Citrini,
Spodii vel antispodii ex Ebore usto,
Gummi Tragacanthæ, ana scrup. duos, grana quinq.
Mellis despumati opt. triplum.

Itali sumunt quadruplum in hac & simili confectione, vel quantum sufficit, vel

Sacchari & aquæ Rosar. quātum satis sit.

Quod si triplum sumatur, erunt illius unciæ novem & drachmę septem cum media. Specierum vero unciæ tres, & drachmæ duæ semis.

Nicolaus Præpositus sumsit ex Myrepso paucis ponderibus immutatis: qui addit Meconium, id est, papaveris nigri semen, nam pro illo interdum sumitur.

Nomen illi inditum est, quod requiem accipientibus præstet. Vsus potiss. in typice febricitantibus, nec non interdum in acutis. Interdum temporibus & pulsibus manuum in febribus inungitur. Cordis dolorem mitigat, somnumq́ue conciliat.

Tryphera Magna Nicolai.

℞ *Opii drachmas duas.*
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Costi,
Styracis Calamitæ,
Calami aromatici,
Cyperi,
Iridis Illyricæ,
Peucedani,
Acori aut Calami aromatici vulgaris,

Mandragoræ,
Nardi Celticæ,
Rosarum,
Piperis,
Anisi,
Apii,
Petroselini Macedonici,
Fœniculi,
Dauci,
Hyoscyami,
Cymini,
Ocimi, an. drach. unam.
Mellis despumati triplum, vel ferme quadruplum.

Multi probati autores ex Myrepso, unde hæc desumta est, addunt Hyssopi drachmam unam.

Paratur hæc sæpenumero etiam, ut quoque prior, sine opio.

Auxilium præstat doloribus ventriculi ex frigiditate ortis, qua assumta æger ad sudandum provocatur. Phreneticis & fœminis ex matrice, vigiliis & melancholia laborantibus succurrit. Datur quoque rheumaticis, peripneumonicis, & sanguinem excernentibus.

Tryphera minor
Fœnonis apud Mesuem.

℞ *Myrobalanorum Chebulorum,*
Belliricorum,
Indorum,
Emblicorum.
Nucis Muscatæ, ana drach. quinque.
Nasturtii parum assati.
Asari,
Origani Persici sive Cretici,
Piperis,
Thuris,
Ammios,
Zingiberis,
Fructus Tamarisci sativæ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Cyperi, an. drachm. quatuor.
Scoriæ ferri quinque diebus in aceto maceratæ & deinde tostæ, drach. viginti.

Myrobalani cum Butyro recenti nō salito assentur modicum, reliqua Ol. Amygdalino dulci involvantur, deinde addantur

Mosci drachma una.
Mellis despumati triplex pondus.

Itali habent quadruplum.

Oportet autē observare, ne Myrobalani comburantur, cum in Butyro assantur.

TAMARISCUS *arbor est procera, quæ in Italia crescit, itemque in Gallia. Ea nos caremus, nisi aliunde advecta sit, quare eius loco cogimur uti foliis nostratis Tamarisci.*

SCORIA *ferri proprie quidem significat ferri recrementum. Sed hoc loco illud non debet accipi, sed squama aut battitura, ut vulgo vocant, ferri opt. aut Chalybis, quam Græci stomomā appellant.*

Valet ad corruptionem & abundantiam mensium & hæmorrhoidum, ad malum habitum & debilitatem ventriculi. Emendat humorem crudum, & colorem reddit meliorem, vesicam roborat, & minuit fluxum ventris,

Tryphe-

Tryphera Sarracenica Mesuæ.

℞ *Myrobalanorum Chebulorū,*
Indorum,
Bellíricorum,
Emblicorum,
Citrinorum, an. drach. quinq;
Cinamomi,
Piperis albi,
longi,
nigri,
Secacul vel Rad. Siseris vel Eryngii,
Folii,
Spicæ,
Cardamomi utriusque,
Caßiæ ligneæ,
Seitaragi, pro eo Corticum radic. Lepidii,
Cyperi,
Apii,
Linguæ avis, id est, Seminis fraxini,
Caryophyllorum,
Been albi & rubri,
Zingiberis, ana drach. duas.
Nucis Moscatæ,
Macis,
Sesami excorticati, an. drachmas tres.
Amygd. amarorum,
dulcium, an. drach. quinque.
Ligni Aloës,
Rhabarbari,
Rutæ,
Sem. Fœniculi,
Masticbes, ana drachmas duas.
Ocimi Caryophyllati,
Menthæ siccæ,
Origani Persici vel pro eo Cretici, ana drachm. unam semis.

Fricētur Myrobalani triti cum butyro vaccino recenti & non salito, aliæ verò species cum oleo Amygdalino dulci recenti, & cum mellis optimi despumati triplo fiat Electuarium.

SEITARAGI INDVM aliqui opinantur esse herbam Nasturtii odore & sapore, foliis oblongis, radice oblonga. piperitin sive lepidium vocant. De hoc tamen dubitat in suis epistolis Medicis Petrus Andreas Matthiolus, & Seitaragi loco putat substituendum aliquid festucarum vel anthophyllorum.

Concoctionem ventriculi & epatis suo calore juvat, flatus dissipat, humores in ventriculo & aliis visceribus putres absumit, oris odorem & corporis colorem commendat, lassitudinem tollit, sanitatem præsentem tuetur, Venerem auget, & hæmorrhoides sanat. Datur a. ʒ. I. ad tres.

Tryphera Persica Mesuæ.

℞ *Succorum Solani,*
Endiviæ veræ & sativæ,
Apii,

Lupu-

Lupulorum purgatorũ, ana libras duas.

Quibus immittantur

Violarum recentium sive siccarum,

Rosarum odoratiss. ana drachmæ tres.

Folliculorum Senæ unciæ duæ.

Agarici uncia una.

Prunorum Damascenorum pinguium, nº. quinquaginta.

Cuscutæ uncia dimidia.

Myrobal. Citrinorum, Chebulorum, Indorũ ol. Amygdal. dulci vel violato prius fricatorũ ana drach. duæ.

Augustanum Antidotarium habet vncias duas.

Spicæ Indicæ drach. tres.

Bulliant lento igne prunarum, donec supersint libræ duæ, & injiciantur

Epithymi drachmæ quadraginta.

Myrobalani autem in oleo Amygdalino dulci semel fervefiant, tollantur ab igne, colentur, & in parte huius colati dissolve

Tamarindorum recentium uncias tres.

Mannæ Electæ unciam unam semis.

Pulpæ Cassiæ uncias quatuor.

Sacchari violati librã unam.

Percolentur & mundentur à granis & sordibus, atque in aliam aquæ partem projiciantur

Sacch. albiss. libræ tres.

Aceti vini libra una.

Coquantur leviusculo igne, deinde projiciatur super illud quod est dissolutum in succis, & aggregẽtur simul, atque coquantur, donec mellis crassitiem obtineant. Postremo in pulverem redactæ sequentes species inspergantur:

Rhabarbari unciæ duæ.

Myrobal. Citrinorum, uncia una semis.

Chebulorum, Indorum, ana uncia una.

Belliricorum, Emblicorum, ana drac. quatuor.

Seminis fumi Terræ,

Trociscorum Diarhodon.

Macis,

Mastiches,

Cubebarum,

Spodii sive Eboris usti,

Santali Citrini, an. drachmæ duæ, aliis drach. duæ semis.

Sem. quatuor frigid. majorum drach. duæ semis.

Anisi

Anisi drach. quatuor.
Spicæ Indicæ drach. duæ.

Involvantur in oleo Violato & reponantur in vase vitreo.

Operosa hæc est compositio, & secundum multos doctos viros nimis exigua succorum copia assumitur, quare si modum describtum parandi, quem secundum Venetorum consuetudinem ponit Georgius Melichius in suo libro de Medicamentorum compositione, à Doctiss. viro D. Samuele Kellero singulari diligentia in latinam linguam converso, nostri pharmacopœi sequi voluerint, optime fecerint.

Confert febribus acutis, inflammationi stomachi & epatis, ictericis calidis, obstructiones aufert, visum à fumis biliosis deperditum reparat, sitim mitigat, morbos adustionis fieri prohibet. Datur etiam utiliter in febribus pestilentibus & malignis.

Confectio Anacardina Mesuæ.

℞ *Piperis nigri & longi,*
Myrobalanorum Chebulorũ,
Emblicorum,
Belliricorum,
Indorum,
Castorii, an. drach. duas.
Costi,
Anacardi,
Sacchari Tabarzeth,
Burungi sive seminis Erucæ,
Baccarum lauri, ana drach. sex.
Cyperi drach. quatuor.

Anacardi per se terantur & aliis tritis misceantur, deinde omnia conficiantur cum
Butyri recentis non saliti,
Mellis despumati, an. unciis quinque semis.

Præparationem Anacardorum vide inferius.

Acuit intellectum & sensum, memoriam recuperat, confert dolori ventriculi & vẽtris à frigiditate orto, sanguinem clarificat, colorem bonum facit, & memoriam auget. Caute tamen usurpandum, & non nisi bene sit fermentatum, quia biennium perdurat, nec ante semestre est exhibendum.

Aurea Alexandrina Nicolai.

℞ *Asari,*
Carpobalsami, aut aliquod succedaneum, ut supra.
Sem. Hyoscyami albi, ana drach. duas semis.
Caryophyllorum,
Opii Thebaici,
Myrrhæ,
Cyperi rotundi, ana drachm. duas.
Opobalsami, eius loco oleum Caryophyllorum vel nucis Muscatæ,
Cinamomi,
Euphorbii,
Folii,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Costi veri,
Corallii,
Casiæ ligneæ veræ,
Tragacanthæ,
Thuris masculi,
Meu,

Styracis calamitæ,
Saliuncæ, id est, Spicæ Celticæ vel (ut in Græco Alexandrino) Salviæ, quæ à pluribus accipitur,
Cardamomi minoris,
Seselios,
Sem. Napi,
Saxifragiæ,
Anethi,
Anisi, ana drachmam unam.
Ligni Aloës,
Rhabarbari vel potius Rhapontici,
Aliptæ Moscatæ,
Castorii,
Spicæ Indicæ,
Galangæ,
Opopanacis,
Anacardi præparati,
Mastiches,
Sulphuris vivi,
Radicis Pæoniæ,
Eryngii,
Rosarum,
Thymi,
Acori, id est, calami aromatici vulgaris,
Pulegii,
Aristolochiæ longæ,
Gentianæ,
Cort. rad. Mandragoræ,
Chamædryos,
Phu,
Baccarum Lauri,
Ammios,
Dauci Cretici,
Piperis longi ac albi,
Xylobalsami, vel ramusculorum è Caryophyllis,
Sem. Carui,
Amomi,
Petroselini,
Ligustici,
Rutæ,
Sinonis, an. drachmam dimidiam.
Fol. Auri purificati,
Fol. Argenti,
Margarit. albarum vel præparat.
Blattæ Bysantiæ,
Ossium de corde Cervi, ana scrupulum unum, grana tredecim.
Limaturæ Eboris,
Calami aromatici,
Pyrethri, an. grana octo.
Mellis despumati triplum, vel q. s.

MYRRHAE. *Actuarius autor, quem Ruellius interpretatus est, pro Myrrha habet Myrti baccarum, id est, Myrtillorum, facili ex altera in alterutram vocem lapsu. Sed & in aliis diversitas apparet inter Nicolai & Actuarii cõpositionem, quæ in Augustano Antidotario diligenter est annotata.*

MEV *verum raro affertur, illius loco Seseli Creticum vel Sisonis semen accipimus.*

AMOMVM *legitimũ hoc Rosam Hierichunticam (quæ jam in fictilibus apud nos quoque crescit, nihilque habet commune cum vero amomo) aliqui perperam esse putarunt. Cæptum est ad nos quoque af-*

que afferri, vocatúrque Amomum in racemis, de quo legantur commentarii Clusii ad Garziæ de Horto de Aromatis librum additi. In cuius penuria sumi poterunt nostræ Cubebæ, aut grana Juniperi.

SISON *sive Sinonum est semen nigrum, aromaticum, quod hodie in officinis falso amomum vocatur.*

MARGARITARUM *ambarum, hoc est, perforatarum & non perforatarum, alii legunt albarum. Actuarius habet simpliciter Margaritarum. non male igitur quispiam aget, si tam perforatarum quàm non perforatarum an. scrupulum dimidium, grana sex & semis acceperit.*

Contra defluxiones capitis à frigore ortas efficax est, oculorum lacrymas exiccat, dentium dolores lenit, adversus capitis cruciatum summopere prodest, capitis noxam aufert etiam illitum. Tabidis, tussiculosis, sanguinem excreantibus, itemque coli & renum cruciatibus auxiliatur. Ad iliorum noxam, & renibus prodest. In accessionibus febrium intermittentium quandoque datur.

Diacastoriu Nicolai.

℞ *Castorii,*
Myrobal. Citrinorum, an. drachmas tres.
Aloës drach. unam semis.
Folii,
Pyrethri,
Glycyrizæ,
Tragacanthæ,
Calami aromatici,
Nitri,
Galbani,
Spicæ Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Opopanacis,
Cassiæ ligneæ,
Piperum trium,
Xylobalsami,
Carpobalsami,
Colocynthidos,
Sagapeni,
Rhapontici,
Styracis Calamitæ,
Zingiberis,
Cinamomi, an. drach. unam, grana duo.
Assæ fœtidæ,
Myrrhæ,
Euphorbii, an. drach. unam, grana septendecim.
Staphysagriæ,
Dauci,
Fœniculi,
Petroselini,
Apii,
Sileris montani,
Baccarum lauri,
Petrolei,
Sem. Sinoni,
Styracis calamitæ rubeæ,
Sanguinis Draconis,
Cardamomi,
Thuris,
Agarici,
Mastiches,
Salis hammoniaci nativi, vel eius loco gemmei,
Zedoariæ,

Anisi, ana scrupul. unum, grana duo.
Thymbræ
Hyssopi,
Pulegii,
Chamædryos,
Origani,
Balsamitæ,
Ocimi,
Acanthi sive brancæ ursinæ,
Dictamni Cretici,
Sem. Rutæ,
Aristolochiæ longæ,
rotundæ,
Mabathematicon,
Asari,
Salviæ minoris,
Rosarum,
Bdellii, ana grana decem & septem.
Epithymi,
Polypodii quercini,
Opobalsami vel Ol. Caryoph. aut nucis Muscatæ, ana grana quatuordecim.
Alypiados,
Rad. Cappar. ana grana undecim.
Peucedani,
Absynthii, an. gran. septem.
Anacardii,
Sabinæ,
Gentianæ,
Cort. rad. Mandrag. ana grana undecim.
Iridis grana tria.
Mellis despumati triplum.

Quotquot Antidotaria videre licuit, ferme aliquid habent diversitatis in hac compositione, tam quoad simplicia quam pondera. Raro autem ea utimur. posset tamen secundum Petri Coudenbergii emendationem in Cordi dispensatorium, si paranda esset, forsitan optime confici.

PETROLEUM *hoc loco sumendum est clarum, flavum atque liquidissimæ tenuitatis, non nigrum aut crassum.*

STYRACIS *rubeæ, id est, calamitæ rubeæ. Hic enim non est accipiendus cortex ille fuscus & aridus, quem vocant Thymiama, perperam autem Styracem rubeam: sed guttæ Styracis calamitæ purissimæ, quibus ruffus est color.*

SALIS *hammoniaci, quod vulgo Armoniacum vocant. Est autem duplex, Facticius quo utuntur Aurifabri, Nativus qui ad medicum usum recipitur. Eius loco, cum careamus, accipere possumus salem gemmeum.*

MABATHEMATICUM *aiunt esse Cauliculi sylvestris succum. Est autem Cauliculus seu Caulis sylvestris id olus, quod Cato & alii rei rusticæ scriptores apud Latinos Brassicam sylvestrem vocant, cuius multæ sunt species.*

ALYPIAS *sive Alypum quidam interpretantur Mezereon, id est, Chamæleam, sed falso. Hanc plantam jam Matthiolus & alii nobis depictam exhibuerunt.*

Confert cephalalgicis, epilepticis, vertiginosis, hemicranicis, paralyticis, & omnibus frigidis morbis.

Michleta Nicolai.

℞ *Myrobal. quinque generum parum tostorum an. drach. duas semis.*
Sem. Nasturtii,
Cumini,
Anisi,

Fœni-

Fœniculi,
Ammios,
Carui, ana drachmam unam semis.

Omnia cruda terantur & macerẽtur in aceti vini modico horis viginti quatuor, exiccentur cum asperso aceto, & torreantur supra prunas, deinde addantur subsequentia,

Spodii sive Eboris usti,
Balaustiorum,
Pulpæ rhois sive Sumach,
Mastiches,
Gummi Arabici, ana drach. una, grana quindecim.

Omnia cum oleo Rosaceo fricentur & misceantur cum Syrupi Myrtini triplo, id est, unciis decem, drachmis tribus, & quarta parte drachmæ.

Prodest hæmorrhoidibus nimis fluentibus, torminibus ventris, lienteriæ, solutioni ventris & quandoque dysenteriæ.

Electuarium de Baccis Lauri Rhasis. IX. ad Almansf. capite de Colicis doloribus.

℞ *Folior. rutæ siccæ drach. decem.*
Sem. Ammios,
Cumini,
Nigellæ,
Ligustici,
Carui,
Dauci,
Amygdal. amarorum,
Piperis nigri & longi,
Mentastri,
Origani,
Acori sive calami aromatici,
Baccarum lauri,
Castorei, an. drach. duas.
Sagapeni drach. quatuor.
Opopanacis drach. tres.
Mellis despumati triplum, id est, libram unam, uncias quatuor & drach. septem.

Itali sumunt uncias quinque, & drach. quinq;.
Efficax in colicis doloribus & iliacis ex caussa frigida & ventosa. Adhibetur etiam utiliter in clysteribus.

Diasatyriu Nicolai.

℞ *Testiculor. Satyrii vulga. recentium densorum,*
Rad. Pastinacæ sativæ recent.
Rad. Secacul sive Siseris aut Eryngii,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Pistaceorum, ana drachm. duodecim,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Anisi,
Sem. Erucæ,
Sem. Fraxini sive linguæ avis an drach. quinque.
Cinamomi,
Caudarum & lumborum Scinci veri,

Semin. Bulbi vel Vrticæ, ana drach. duas semis.
Mosci grana septem.
Mellis despumati optimi libras tres.

SATYRION *vulgare sive rectius Orchis habet duas radices, unam solidam, alteram flaccidam, ex quibus sumendæ densæ.*

Prodest ad vesicæ & renum imbecillitatem, & illis auxiliatur, qui urinam reddere nequeunt, & venerem stimulat.

Diasatyriu aliud Mesuæ.

℞ *Secacul albi & mundi ac elixati in decocto Cicerum, quorum prima aqua, in qua decoquebantur, sit effusa, libram unam.*
Testiculorum vulpis uncias octo.
Rad. Raphani sativi uncias tres.
Radicis Luph plani, id est, Serpentariæ sive Dracunculi veri, uncias duas.

Terantur hæ radices posteriores, & infundantur in lacte bovillo vel ovillo, ut lac duos digitos emineat, adjiciendo
Olei Sesamini,
Butyri recentis non saliti, an. unc. quatuor.

Coquantur cum facilitate usque ad consumtionem lactis, donec omnino remollitæ sint radices, & habeant justam spissitudinem instar pultis crassioris (nam si aqueum, quod in lacte & radicibus est, non consumatur, situm cõtrahit hoc medicamentum) deinde affunde omnibus hisce prædictis radicibus,
Mellis despumati optimi libras sex.
Succi Cæparum recentium libram unam semis.

Coque omnia simul ad perfectam decoctionem, post ab igne depone & insperge subsequentium specierum minutiss. pulverem:
Caudarum & lumborum Scinci, unciam unam.
Semin. Erucæ,
Zingiberis,
Been albi & rubri,
Linguæ avis, id est, seminis fraxini,
Sem. Nasturtii,
Cinamomi,
Piperis longi,
Sem. Baucia,
Napi,
Pulpæ semin. Asparagi recentis, an. drach. quatuor.

Confice cum eis, ultimo vero adjiciantur subsequentia,

Pinea-

Pinearum mundatarum libra una dimidia.
Pistaceorum mundatorum unciæ decem.
Cerebellorum passerum unciæ duæ.

Confice & misce omnia optime, & aromatiza cum
Moschi boni drach. una.

TESTICULI *vulpis hoc loco non sunt accipiendi animalis testes, sed radices Satyrii sive Orchios habentes similitudinem cum testibus vulpium. Qua in re quosdam turpiter errasse scimus.*

BAUCIA *est pastinaca sativa, cuius loco, si non adest, Caryotæ luteæ radices usurpamus.*

Ad ea quæ prior compositio, est efficax. In Italia quoque hoc altera multo usitatior.

Theriaca Andromachi ex Galeno & Aëtio.

℞ *Trochiscorum Scylliticorum drach. quadraginta octo sive uncias sex.*
Trochiscorum de vipera,
Hedychroi.
Piperis nigri,
Opii Thebaici, an. drach. viginti quatuor, id est, uncias tres.
Rosarum rubearũ siccarum,
Iridis Illyricæ,
Scordii Cretici,
Sem. Buniadis, sive napi sativi,
Agarici albi pontici,
Cinamomi,
Succi Glycyrhizæ,
Opobalsami (loco eius olei Caryophyllorum vel nucis Moscatæ, an. drach. duodecim.
Myrrhæ Troglodyticæ,
Croci Cilicii,
Zingiberis,
Rhapontici veri sive Rhabarbari Electi,
Radic. Quinquefolii,
Calaminthæ montanæ,
Comarum Marrubii,
Stœchados,
Costi recentis veri,
Piperis albi & longi,
Dictamni Cretici,
Thuris masculi,
Petroselini Macedonici,
Schœnanthi,
Terebinthinæ Chiæ,
Cassiæ ligneæ veræ,
Spicæ nardi Indicæ, an. drach. sex.
Gentianæ,
Comarum polii minoris,
Styracis calamitæ optimæ,
Seselios Massiliensis,
Abrotoni,
Semin. Thlaspios,
Ammios,
Comarum Chamædryos,
Chamæpyteos,
Hypocisthidis,
Folii sive Malobathri,
Nardi Celticæ, id est, Spicæ Romanæ,

Anisi

Anisi Helladici,
Meu Athamantici,
Fœniculi,
Sigilli lemnii aut Boli armeni,
Chalcitidis semiassatæ,
Amomi racemosi,
Acori,
Cardamomi,
Phu pontici vel eius loco hortensis,
Carpobalsami,
Comarum Hyperici,
Acaciæ liquidioris,
Gummi vermiculati, ana drach. quatuor.
Dauci Cretici,
Galbani puri,
Opopanacis,
Sagapeni Persici,
Asphalti sive Bituminis Judaici,
Comarum Centaurii minoris,
Castorii Pontici,
Aristolochiæ tenuis, an. drachmas duas.
Vini veteris odorati, quantum liquoribus & gummis dissolvendis satisfuerit.
Mellis despumati optimi triplum, hoc est, libr. quatuordecim, uncias sex, ut sequetur paulo post.

Cõfice sic. Cinamomum, Crocumque (ut Aëtius vult) unumquodque per se terito, & si voles etiam Rhaponticum aut Rhabarbarum ac Hedychroos trochiscos, misce invicem deinde optime, postea reliquas herbas & radices, ac omnia arida similiter tundito, semper similia cum suis similibus, aromata per se, ac reliqua etiam per se. Postea si Aëtium imitari est animus, Crocum Cassiam, Cinamomum & Lemniam terrã in pila cum vino optimo tere ac unito, ac reliqua omnia secũdum Artem addito, melleq; despumato universa excipito.

Ego vero ita præparare consuevi simili fere ratione.

Piper nigrum,
album,
longum,
Iridem Illyricam,
Zingiber,
Costum,
Amomum,
Acorum,
Cardamomum,
Carpobalsamum.

Incidenda minutim concidito & in tenuem pulverem conterito, ac per angustiss. cribrum excernito, postea in scatula diligenter, ne expiret, obstructa reponito, donec reliquis admisceas.

Post-

Posthac.

Radices Quinquefolii,
Gentianam,
Meon,
Phu,
Rad. Dauci Cretici,
Aristolochiæ tenuis,
Rosas,
Trociscos Scylliticos,
de Vipera,
Scordium,
Calamintham montanam,
Comas Marrubii,
Stœchadis,
Dictamnum Creticum,
Schœnanthum,
Comas Polii mõtani minoris,
Abrotonum,
Comas Chamædryos,
Chamæpyteos,
Nardum Celticam,
Comas Hyperici,
Centaurii minoriis,
Castorium, ac semina omnia.

Concidito universa minutim, teritoque in tenuiss. pulverẽ, & per angustiss. cribrum excutito. Excussum pulverem prædicto, quem reposuisti, adjicito, diuque donec perfectè misti sint, in mortario terito, adhibita diligenti cura, ne quid inter tundendum excernẽdumque pereat, aut temere ponderi decedat. mox è mortario exemtum pulverem iterum ne expiret reponito, usquequo omnia conficiantur. Interea

Agarici opt. albiss. atque in longa rectaq; capillamenta fissilis, frusta electa, ab his Scobina deradito, uncias duas.

Sed quia non facile per se tunditur, neque etiam cum aliis, propterea quod in pulverem volatilem resolutus evanescat, ita ut multum ponderi eius decedat.

Ideo ad scobem Agarici prædictam infunde optimum vinum, & fac Trochiscos minutos in tepida umbra exiccandos, siccatos minutissimè cõtundito atque per cribrũ excernito angustissimum. Excreti deinde Agarici cape pondus quod requirit compositio, videlicet drachmas duodecim, & prędicto pulveri summa diligentia commisceto, quo facto,

Opium,
Succum Glycyrhizæ,
Myrrham,
Acaciam,
Gummi,
Hypocistidem,

Concidito omnia in minutas partes, & mixtis superfundito vini optimi quantum dissolvendis atque eliquandis succis satis fore conjeceris,

exprimito. postea per rarum colum, liquefactam & modicè calefactam pulticulam colato, ita ut nihil præter sordes in colo remaneat. Quod si succi & liquores isti sordidi & surculis foliisque pleni fuerint, ponderi eorum aliquid addendum esse facilè æstimare quis potest, quod in sequentibus densatis liquoribus etiam observandum est.

Galbanum,
Opopanacũ & Sagapenum.

Hæc affuso optimo vino moderatè supra prunas dissolvantur, & per rarũ linteum fortiter exprimantur. his dissolutis,

Thus masculum & Bitumen Judaicum,

Terantur quam minutissimè poterunt, addendo

Terebinthinam, & sincerissimam, aut ex Scobe & sordibus expressam Styracem.

Dissolvantur lento admodum igne cum mellis despumati sufficienti copia, & ita calidam pulticulã postea cum reliquis calentibus misceto, & diligenter agitato, ne rursum in grumos cõcrescant Thus & Bitumen, si refrixerint; quapropter aliquid de contusorum pulvere est admiscendum. Quod si hoc modo dissolvere & miscere diffidas, Bitumen & Thus una cum reliquis aridis tundito, & tantum Styracem atque Terebinthinam dissolvito, atque melli despumato calenti admisceto. his factis,

Cinamomum,
Malobathrum sive folium,
Cassiam ligneam veram,
Trochiscos Hedychroi,
Spicam Nardi Indicam,

Et simul tũdito in tenuiss. pulverem, postea

Crocum,
Rhaponticum,

Et unumquodq; seorsim tundito; deinde misceto

Trochiscorum Hedychroi,
Cinamomi,
Cassiæ,
Spicæ Nardi,
Croci & Rhapontici pulveres diligentissimè: postea
Mellis optimi & aromatici, quale è Lithvania Dantiscum affertur.

Despumetur sedulò, ac despumati postremo mellis sume libras quatuordecim, & uncias sex.

Ex eo

Ex eo modicũ infunde in amplum ahenum ex aurichalco factum, & insperge paulatim cõmistos antea Trochiscorum Hedychroi, Cinamomi, Cassiæ, Spicę, Croci & Rhapontici pulveres, alternis vicibus mel despumatum tepidum atque pulveres injiciendo, quæ diligentissimè interea pistillo ligneo agitanda sunt. Cum hæc optime fuerint cõmixta, & floridũ puniceumq́ue colorem contraxerint, injicito Lemniam terrã antea subtilissimè per se, deinde cum vino tritam, & una etiam Chalcitidem assatam, quam hoc modo parabis: Accipe puriss. Chalcitidis circiter uncias tres. eam in fictile non ita profundum injectam, super prunas ponito, donec liquefiat & bulliat: deinde ab igne auferto, & abjicito id quod in superficie durum est atque ruffescit, ac ex medio eius sume drachmas quatuor, & cum vino tritam dissolutamq́ue medicamẽto admisce. Postea paulatim etiam infundito tepefactos liquores ac succos, quos antea in vino dissolvisti, alternis vicibus, succos, mel & reliquos pulveres, quos primo contrivisti, injiciens: simul etiam admisce Styracem, Terebinthinam ac Opobalsamum, ut omnia exactissimè admisceantur, atque sigillatim mel & pulveres commisce, donec universa unita & in unam substantiam redacta sint, assidue agitãdo, ne grumi aliqui relinquantur aut nodi. Postquam vero optime totam confectionẽ miscueris, indito in vas ex densa materia factum, videlicet ex plumbo albo, quod hodie stannũ appellant. Oportet verò ut tertia aut quarta pars vasis relinquatur vacua, ut effervescens Medicamentum attollere sese queat, neve effluat. Reponẽdum autem est hoc Medicamẽtum, donec fervescat, in tepido & sicco loco: postquam vero subsederit, in frigido & sicco conservandum erit. Porro ego hac ratione pręparavi Theriacam, alii vero paulò aliter conficiunt. Sed omnium pessimè faciunt, qui succos & liquores ac reliqua omnia simul tundunt, & postea tusum pulverem impuro melli incoquunt. Animadvertendum etiam est, ne vini plus

quam opus sit liquoribus ac succis dissolvẽdis affundatur. Nam si ultra modum vinum succis addatur, situm cõtrahet Theriaca, propterea etiam non consuevi Cassiam & Crocum & Cinamomum cum vino permiscere, sed melle. Nam aquosius est vinum nostrate, quod intelligentes quidã ex recentioribus, qui de cõpositis Medicamentis scripsere, jubent pro vino accipere coctum mustum, hoc est, Sapam, Passum aut defrutum, quibus tamen non assentior. Nam hæc vina sunt spissiora, quam ut in eis concreti atq; densati succi ac liquores dissolvi queant, Cum eius tantum rei gratia vinum Antidoto huic permiscere soliti sint veteres, quos & nos imitabimur.

* Magna admodum & solerti diligentia opus est in componendis hisce duabus præcipui nominis Antidotis, de quibus tam veterum quam recentium scripta doctisima plurima extant, atq; in manibus ferme omnium versantur, quare ex illis multa huc transferre non existimavimus esse necessarium. Hortamur tamen pharmacopœos, ut accuratisimos in hoc genere commentarios (quos & nos hic ut plurimum sequimur) Medici excellentisimi Bartholomæi Marantæ, ex Italica lingua in Latinam conversos, & Francofurti ad Mœnum in officina Egenolphiana excusos (quamvis quædam errata typographica alicuius momẽti sunt corrigenda) diligenter legant, sibique imitandos proponant.

Inprimis vero de his consulendus Doctiss. Medicus Prosper Alpinus in lib. IIII. de Medicina Aegyptiorum, ubi copiose & docte tradit, quo pacto Cayri (in qua urbe per octennium feliciter Medicinam exercuit) in templo quodam Theriaca accurate paretur jussu Turcorum Regis singulis annis, præsentibus omnibus Medicis Mense Majo, ac ostendit in quibus Theriaca Aegyptiaca à nostra discrepet.

Sunt alii qui hasce Antidotos duas eam ob caussam rejiciant, quod propter tot ἀντιβαλλόμενα vel succedanea, haud legitime, & omnibus numeris absolute parari possint. Sed si Pharmacopœi sumtibus & laboribus minimè parcere, & fide ac diligentia, qua decet, simplicia conquirere voluerint, pauca succedanea hisce temporibus nostris requiri amplius experientur, ut Georgius Melichius peritus pharmacopœus Venetus observavit, qui tantum quatuor succedaneis usus est, nimirum pro Opobalsamo Nucis Moscatæ oleo, aut Stacte Myrrhæ: pro Carpobalsamo Baccis Iuniperi: pro Amomo racemoso Amomo, & folio officinarũ folio usitato. Nam quod addit pro Acoro Calamo Aromatico vulgari se usum, non est alicuius momenti, cum omnium Doctiss. Medicorum sententia unum idemque sint. Nec desperandum in posterum forsitan omnia magis legitima ac selecta posse haberi. Quare de hisce Antidotis non adeo sinistre esse æstimandum, facile ex his quæ diximus, judicare poterimus.

Avicenna in lib. V. Tractatu de Theriaca scribit, in Theriaca esse infantiam, quæ incipit ab eo tempore quo est parata, & durat primis sex Mensibus. Deinde sequi pueritiam & augmentum, in quo durat, si est in Regione calida, annos decem, sin in frigida, viginti: deinde pervenit ad juventutem, ubi pariter in locis calidis decem annis, & in frigidis viginti persistit. Tandem declinat in senectam, ac simili ratione in calida Regione decem, in frigida viginti annos durat. Postremo, tempore hoc elapso quasi moritur, amittens vires suas Theriacales.

Observandum etiam hoc est studiose, opt. tempus esse componendi Theriacam, Aprilem & Majum in Vere, vel primum Mensem in Aestate, nam hoc pacto melius fermentationem consequi potest. *

VIPERAE *serpentes sunt in Italia multis in locis, unde Trochisci petendi sunt, qui sub fide Medicorum præsentium, quando parantur, apud nos haberi possunt.*

TROCHISCI *Hedychroi inferius habentur.*

PIPERIS *nigri. Andromachus Senior, qui inven-*

inventor est huius compositionis, hoc loco habet piper longum in Carmine Elegiaco Græco.

SCORDII *Cretici: quia optimum crescit in insula Creta, quod afferri cœpit. Nos interea, si alterum deest, nostrate utamur, satis efficaci.*

OPOBALSAMO *verò adhuc caremus, ideoque succedaneum accipiendum, ut oleum Caryophyllorum vel Nucis Muscatæ.* * *Poterit tamen quispiam Historiam Balsami diligenter descriptam cognoscere apud Petrum Bellonium. Versionis D. Clusii lib. II. cap. XXXIX. Scripsit etiam de eodem nuper commentariolum peculiarem D. Prosper Alpinus, qui nostris Venetiis monstravit huius non exiguam portionem, quod aquæ injectum ac immissa quadam festuca, in lacteum liquorem eam commutavit. Ac ostendit, quo pacto ex Ægypto ad Theriacam parandam haberi queat. De Balsamo vero ex Hispania nova allato consulatur Nicolaus Monardes, fol. 13.* *

PIPERIS *longi: Andromachus Senior hoc loco habet Piper nigrum: Junior vero, id est, Senioris filius, ordinem nigri & longi Piperis invertit, quem in hac compositione sequimur, paulo post etiam senioris Theriacam descripturi.*

SESELI, *id est, sileris montani. Dicitur autem Maßiliense à provincia eiusdem nominis, in qua provenit opt.*

THLASPI *est species agrestis nasturcii, quæ nascitur secus vias, præsertim in Hetruria Italiæ, semine ruffo, sapore acri & glutinoso, quod ut habere queant, diligenter curent pharmacopœi.*

MALOBATHRUM *est Folium Indum, cuius succedaneum est Spica tam Indica quam Celtica, item Macis.*

MEON *non habemus: loco eius sumimus Seseli Creticum aut potius Sison hoc loco, inferius autem sequetur Daucus Creticus. Hoc tamen legitimum ex Italia hoc tempore quoque haberi potest.*

SIGILLUM LEMNIUM, *id est, Terra Sigillata, quæ effoditur & signatur in Lemno insula & ad nos affertur. In eius tamen penuria Bolus Armen. orientalis accipiatur.*

CHALCITIS *hodie non à quovis cognoscitur. Est autem Vitrioli nativi species rubra & non admodum lapidosa. hac qui carent, accipere possunt Vitriolum viride optimum, quale est Goslarianum in Saxonia, quamvis inde quoque nativa & satis bona Chalcitis haberi poßit.*

AMOMUM. *De vero nonnihil adhuc dubitatur, cuius loco accipiatur Amomum in racemis quod afferri cœpit, vel Carpesium.*

ACACIA *succus est fructus ex arbore ex qua destillat Gummi Arabicum, quæ interdum ex Ægypto affertur. Eius loco sumimus sylvestrium prunorum succum inspissatum.*

GUMMI *vermiculati, id est, Arabici, quod concretum est in grumos vermium figura.*

DAUCI *Cretici, qui & ipse potest haberi, loco eius accipere licet Seseli Creticum.*

SAGAPENUM *hodie vocant Serapinum, quod in Perside optimũ provenit. Andromachus senior Sagapeni habet drachmas quatuor, junior vero tantum drachmas duas.*

Theriaca in omnibus antidotis ob multiplicem usum potiores partes obtinet. Est enim celebris & salubris contra plurima morborum genera. Valet ad gravis. affectus totius corporis humani. Epilepticis, catalepticis, apoplecticis, cephalalgicis, stomachicis, hemicranicis prodest. Ad raucedinem vocis ex materia frigida & constrictionem pectoris opt. est. Arteriacis, asthmaticis, hæmoptoicis (si recens præsertim sit) ictericis, hydropicis, ac vulnera in intestinis habentibus, præterea nephriticis & calculosis subvenit, suo tamen tempore. Menses educit & fœtum mortuum expellit, lepras, variolas & multos morbos inveteratos depellit. Præcipuè autem contra omnia venena

& ſerpentium ac reptilium morſus efficax eſt. Sed diverſa eſt eius doſis pro quantitate & qualitate uniuſcuiusque affectus. Omnem ſenſuum defectum relevat. Viſcera interna roborat. & corpus incorruptum cuſtodit.

Theriaca Andromachi ſenioris, è Carmine eiusdem Elegiaco translata apud Galenum 1. libro de Antidotis.

℞ *Trochiſcorum Scylliticorum drach. quadraginta octo.*
Trochiſcorum Theriacorum, id eſt, de vipera,
Piperis longi,
Liquoris papaverini, id eſt, Opii,
Magmatis Hedychroi, ana drahmas viginti quatuor,
Foliorum roſarum ſiccarum,
Jridis Illyricæ,
Cyanæ Glycyrhizæ,
Semin. Buniadis, id eſt, Napi,
Scordii,
Liquoris Balſami, loco eius olei nucis Muſcatæ,
Cinamomi,
Agarici, an. drach. duodecim.
Myrrhæ,
Coſti,
Croci Corycii vel Orientalis,
Caßiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Junci Arabici, id eſt, Schœnanthi,
Thuris, videlicet maſculi & electi,
Piperis Candidi,
Piperis nigri,
Çomarum Dictamni, id eſt, foliorum & florum Dictamni Cretici veri,
Marrubii,
Rhei, id eſt, Rhapontici veri,
Stœchadis,
Sem. Petroſelini veri,
Calaminthæ, id eſt, montanæ tenui folio.
Lachrymæ Terebinthi Libyſtidiadis,
Zingiberis,
Quinquefolii, id eſt, radicum eius, ana drach. ſex.
Polii, videlicet mõtani & albi quod Lugduno affertur,
Chamæpyteos,
Styracis, id eſt, calamitæ ſynceræ & electæ,
Mei,
Amomi racemoſi aut eius ſuccedanei,
Nardi Galaticæ, id eſt, Celticæ,
Rubricæ Lemniæ, id eſt, Terræ Sigillatæ veræ aut Boli armeni,
Phu pontici,
Chamædryadis Creticæ, id eſt, Chamædryos veræ,
Foliorum Malabathri, vel eius loco Macis,

Chalci-

Chalcitidis tostæ,
Radic. Gentiadis, id est, Gentianæ,
Anisi,
Succi Hypocystidis,
Fructus Balsami, id est, Carpobalsami vel eius Succedanei, ut supra,
Gummi splendidi,
Semin. Fœniculi,
Cardamomi Indici, id est, minoris,
Seselios tenuis,
Lachrymæ nigræ Spinæ, id est, Acaciæ,
Thlaspios,
Hyperici,
Ammios,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Castorei,
Aristolochiæ tenuis,
Semin. Dauci,
Bituminis,
Liquoris Panacis, id est, Opopanacis,
Centaurii, id est, minoris,
Chalbanidis pinguis, id est, Galbani recentis & puri, an. drach. duas.

Confice cum vino & melle.
Hactenus Andromachus.

Vini autem tantum accipias, quantũ liquoribus & succis dissolvendis satis fore cõjeceris, ut ante dictũ est.
Mellis vero optimi sume libras quatuordecim uncias tres.

Ita detrahis mellis uncias tres de priori Theriaca, quia huic desunt Abrotoni & Acori an. drach. quatuor.

Confice autem & hanc Theriacam ut proximam.

CYANEAE, *id est, Cæruleæ vel nigræ Glycyrhizæ, habet enim nigrum colorem. Intelligit autem Andromachus succum Glycyrhizæ.*

LACHRYMAE *Terebinthi Libystiadis, id est, Resinæ Terebinthinæ Libycæ, in Libya Aphricæ regionis natæ, eius loco accipere possumus laricis resinam vel potius Cypriam.*

SESELI *Tenue est Creticum, quod ex omnibus speciebus Seselios minimum & tenuiss. est, vocatur germanice,* Beerwurtz/ *potest tamen etiam vulgare intelligi.*

DAVCVS, *id est, Creticus, qui jam facile ex Italia haberi potest.*

Andromachus Neronis Medicus primùm condidit Medicamentum hoc, eique declarationem heroicis versibus descriptam nuncupavit. Sed Galenus mutata forma compositionem reddidit meliorem.

Theriaca Diatessaron Mesuæ.

℞ *Gentianæ,*
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ, an. uncias duas.
Mellis despumati optimi libras duas, id est, uncias viginti quatuor.

* Diatessaron, hoc est, ex quatuor simplicibus composita. Quod si adderetur (ut Venetiis

netiis factitarunt) Bolus armenus verus, Dictamnus albus, Tormentilla, Scordium, Carlina, Zedoaria, multo esset contra pestem efficacior futura. *

Aristolochia rotunda non est illa radix, quam vulgo Holwurtz *vocant, sed alia multo major & tuberosa, intus solida, colore buxi flavo, odore & sapore similis Aristolochiæ longæ nostrati. Affertur ex Italia & Helvetia, atque etiam inserta nostris hortis si à frigore muniatur, in illis durat.*

Theriaca antidotus Diatessaron ad affectus frigidos, tum cerebri, ut epilepsiam, paralysin, & spasmum Cynicum: tum ventriculi, ut inflationem & ab ea dolorem, tardam concoctionem: tum denique Epatis, ut ad hydropem, cachexiam, obstructionem: præterea morsui scorpionis, & potionibus venenatis, confert.

Theriaca Pauperum ex Diatessaro composita.

℞ *Gentianæ,*
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ, an. uncias duas.
Boli armeni præpar.
Dictamni albi,
Tormentillæ,
Scordii,
Carlinæ,
Zedoariæ, an. unc. unam.
Rob Sambuci,
Juniperi, ana unc. decem.
Mellis, quantum sufficit.
Misce.

Mithridatium ex Democratis carmine in Latinam linguam translatum.

℞ *Myrrhæ Arabicæ Troglodytidis,*
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris electi,
Thlaspios, an. drach. decem.
Seselios,
Opobalsami aut olei Caryophyll.
Schœni, id est, Schœnanthi,
Stœchadis,
Costi veri aromatici,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Castorii pontici,
Succi Hypocistidis,
Styracis bonæ,
Opopanacis,
Folii Malobathri recentis aut succedanei, an. drac. octo.
Caßiæ nigræ, id est, ligneæ,
Polii,
Piperis albi,
Scordii,
Sem. Dauci Cretici,
Fructus Balsami aut succedanei eius,
Trochis. Cypheos,

Bdellii,

Bdellii, an. drach. septem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Gummi,
Petroselini, id est, seminis eius,
Opii papaveracei,
Cardamomi,
Sem. Fœniculi,
Gentianæ,
Fol. rosarum,
Dictamni Cretici, ana drach. quinque, boni ponderis.
Anisi,
Arii,
Acori sive calami aromatici,
Phu,
Sagapeni, an. drach. tres.
Mei Athamantici,
Acaciæ,
Ventris Scinci veri,
Fructus Hyperici, id est, summitatum eius, an. drach. duas semis.
Vini quantum sufficit.
Mellis mensuram convenientem, id est, lib. novem, uncias octo, drachmas duas.

ARII. *In Græco est ἀρίου, quod nomen apud nullum alium autorem in Mithridatio scriptũ invenitur. Intelligit autem Damocrates Aron, id est, Arũ, quantum ego raciocinari possum, nam Aron egregiam facit contra venenata medicinam.*

* Florentini in suo Antidotario omittunt Arum vel eius loco Asarum. Bononienses Arum & Aristolochiam ponunt. Augustani ex his tribus, sicuti etiam Romani, Aristolochiam tenuem solum retinent: de quo in Pharmacopœia Clariss. Medici D. Occonis, & apud Gesnerum in Epistolis pag. 67. plura legi possunt. Bartholomæus vero Maranta, Veneti & alii accipiunt radices Asari, facilis enim scribarum lapsus esse potuit ἀσάρου in ἀρίου, quorum sententiam nos sequimur, quamvis aliorum quoque non est adeo rejicienda. *

Mithridatica confectio est in qualitate & virtute Theriacæ proxima, & parum differunt, nisi forte quod Theriaca sit nonnihil calidior & potentior contra venena serpentum. Curat omnes capitis affectus ex frigiditate ortos, & maxime melancholicis, timidis, epilepticis & hemicranicis confert, ac dolorem supercilii patientib. & lachrymãtibus oculis, & ad omnia capitis vitia & aurium, utilis est, subvenit dentium doloribus, vitiis oris ac maxillarum medetur, si loco affecto imponatur, & instar Emplastri adhibeatur temporibus, unde fit discussio. Synanchicis, Apoplecticis, tussientibus, asthmaticis, hæmoptoicis, peripneumonicis, & omnibus doloribus, qui intra corpus fiunt, succurrit. Iliacis, dysentericis & lientericis tempestive exhibita prodest, si detur cum decoctione balaustiorum. Tetanis sive spasmis obnoxios & paralyticos sanat, diaphragmati & hypochondriis, renibus & vesicæ opitulatur. Calculos frangit, menses provocat, aliaque vitia matricis depellit. Podagricis singulari est præsidio. Præcipue autem datur contra venena omnia, venenatos morsus sive rabidi canis sive alterius feræ aut reptilis impositum vel bibitum cum admiratione juvat, quotidianariis & quartanariis etiam ante horam accessionis cum vino tepido datum non parum prodest.

Mithridatium aliud, ut ex Cleopatro & Antipatro Galenus ac Aëtius exscripserunt.

℞ *Myrrhæ drachm. septem & semis, obolos quatuor.*
Nardi tantumdem.

Croci drachm. septem, obolos tres.
Opii drachm. quatuor, obolos duos cum dimid.
Styracis drach. quinque.
Cinamomi drachm. septem, obolos tres.
Castorii drach. sex, obolum unum.
Polii drach. sex, obolos tres.
Scordii drachm. septem, obolos tres.
Zingiberis tantumdem.
Costi drachm. sex, obolos tres.
Piperis albi drach. quinque, obolos duos.
Piperis longi, drachm. sex, obolos tres.
Seselios drach. sex.
Abrotoni tantumdem.
Semin. Petroselini drachm. quatuor.
Dauci drach. sex, obolos tres.
Casiæ drachm. quinque, obol. tres.
Thuris drachmas sex, obolos duos.
Succi Hypocistidis drach. sex, obol. unum semis.
Nardi Celticæ drachmas quatuor.
Semin. Fœniculi drachmas quatuor.
Nardi Indicæ drachmas quatuor.

Acori sive Calami Aromatici,
Phu pontici,
Sagapeni,
Fructus Balsami aut eius succedanei,
Hyperici,
Illyridis, id est, Ireos, an. drachmas duas.
Rubricæ Lemniæ vel loco eius Boli oriental.
Lumborum Scinci veri,
Cypheos, an. drach. sex.
Acaciæ,
Gummi,
Cardamomi,
Hedysari sive Pelecini, ana drach. duas.
Thlaspeos drachm. sex, obol. quatuor.
Gentianæ drach. quatuor.
Anisi drach. tres.
Rosarum siccarum drachm. quatuor.
Mei Athamantici tantumdem.
Schœni, id est, Schœnanthi, drach. sex, obolos tres.
Opopanacis drach. sex.
Galbani drach. sex, obol. tres.
Opobalsami tantumdem, vel olei Caryophyll.
Aristolochiæ rotundæ veræ, drach. unam.
Hyssopi drach. tres.
Marrubii drach. unam.
Chamæpyteos drach. tres.

Libano-

Libanotidis drach. quinque.
Terebinthinæ drach. ſex, obol. tres.
Mellis Attici quod ſufficit.
Vinum ne addas.

Hactenus Cleopater & Antipater.

Mellis autem deſpumati opt. & odorati ſume ad totam compoſitionem libras ſeptem, uncias ſex, drach. ſex.

Vinum ne addatur præcepit Cleopater, ideo in aceto ſunt diſſolvẽdi liquores concreti, ut Sagapenum, Opopanax & Galbanum. Confice ſecundum artem.

Compoſitio hęc eſt valde mendoſa in ponderibus apud Aëtium, apud Galenum verò emendatior. Rurſum ſimplicium numero aliqua deſunt apud Galenum, quæ ex Aëtio compoſitioni huic reſtitui. Aëtius hunc autorem vocat Cleopatrum, Galenus vero Cleophantum.

HIC pondus Oboli additum, quod veteres ∽ notarunt. Continet autem dimidium ſcrupulum. Itaque ſex oboli conſtituunt drachmam.

Nardus Indica hoc loco non ſignificat Spicam Nardi Indicam, ſed Malobathrum, id eſt, folium Indum, quod Nardi eſt ſpecies, ut aliqui volũt, & in India naſcitur. Aëtius propterea hoc loco pro Nardo Indica habet Phyllon, id eſt, folium Indum. eius loco, ſi deſit, accipiatur Caſsia lignea vera, quæ Cinamomo eſt ſimilis, aut Macis & radicum Spicæ Romanæ an. drachmæ duæ.

PELECINI, id eſt, Hedyſari ſive Securidacæ jam notæ, & in hortis apud nos quoque creſcentis: vel eius loco ſumatur ſemen Nigellæ ſylveſtris & cornutæ, quæ naſcitur in agris.

LIBANOTIS hic non ſignificat Roſmarinum. Nam plures ſunt ſpecies Libanotidis, ſemen autem eius accipi debet, quod Cachrys vocatur, & facile ex Italia haberi poteſt.

Mithridatium Andromachi.

℞ Glycyrhizæ drach. ſeptem & ſemis, obolos quatuor.
Opii drachm. quatuor, obolos duos.
Caſtorii drach. ſex.
Polii drachm. quinque, obolos duos.
Coſti drachm. quinque, obolos duos.
Nardi Spicæ drach. ſex, obolos duos.
Caſsiæ veræ drach. quinque, obolos duos.
Thuris drach. ſex.
Seſelios drach. quinque, obolos duos.
Succi hypociſtidis drach. ſex.
Acori, id eſt, calami aromatici drach. duas.
Scordii veri drachm. ſex, obolos duos.
Folii vel eius loco Macis, dra. quatuor.
Galii drach. quinque, obolos tres.
Cypheos drach. ſex, obol. duos.
Myrrhæ drach. ſex.
Croci drachm. ſeptem, obolos duos.
Cinamomi drachm. ſeptem, obolos duos.
Styracis optimæ drach. quinque, obolos tres.
Zingiberis drach. ſeptem, obolos duos.
Phu pontici drach. duas.
Petroſelini, id eſt, ſeminis drach. quatuor, obol. tres.

Nardi Celticæ drachmas quatuor.
Sem. Fœniculi tantumdem.
Dauci drachmas ſex, obolos tres.
Nardi Indicæ drachmas quatuor.
Hyperici drach. duas.
Acaciæ drach. duas.
Gentianæ drach. quatuor.
Aniſi drachmas tres.
Thlaspios drachm. ſex, obolos quatuor.
Mei Athamantici drachm. quatuor.
Roſarum ſiccarum drachm. quatuor.
Gummi Arabici drach. duas.
Cardamomi drach. quatuor.
Schœni, id eſt, Schœnanthi, drach. ſex, obolos duos.
Opopanacis drachmas ſex, obolos duos.
Opobalſami ſive olei Caryophyll. drachmas ſex, obolos quatuor.
Galbani drachmas ſeptem.
Scinci veri drachmas duas, obolos duos.
Terebinthinæ drach. ſex, obolos duos.
Vini Chii quod ſufficit.
Mellis Attici cocti, quod ſufficit, id eſt, libras ſex, unc. tres, drach. duas.

FOLIUM, ut antea diximus, duas res indicat, folium Nardi, ac Malobathrũ, quod posterius hic eſt recipiendum.

NARDUS Indica hoc loco non ſignificat Malobathrum, id eſt, folium, ſed radicem Indicæ Nardi, nam olim Nardi tres partes in uſu fuerunt, nimirum, radix, folium & ſpica. Antea vero præcepit in hanc compoſitionem ſumendam eſſe Spicam Nardi, & folium, id eſt, Malobathrum, ideo neceſſario per Indicam Nardum intelligit radicem Indicæ Nardi.

Esdræ Antidotus ex Aëtio.

℞ Amomi ſcrup. duodecim.
Florum Junci odorati, id eſt, florum Schœnanthi, vel eius loco ſummitatum eius, drach. novem.
Pyrethri drach. ſex.
Croci ſcrup. triginta ſex.
Cinamomi ſcrup. ſex.
Myrrhæ troglodyticæ ſcrup. duodecim.
Styracis calamitæ ſcrup. octodecim.
Petroſelini ſcrup. tres.
Semin. Dauci ſcrup. tres.
Tragacanthæ ſcrup. ſex.
Succi hypociſtidis ſcrupul. novem.
Iridis Illyricæ,
Abrotoni, ana ſcrupul. quindecim.
Semin. Fœniculi ſcrup. ſex.
Bdellii ſcrup. novem.
Thuris drach. unam.
Sulphuris vivi ſcrup. ſex.

Sem.

Sem. Hyoscyami albi scrupul. viginti septem.
Caßiæ ligneæ scrup. novem.
Semin. Papaveris, scrupul. triginta.
Spicæ Nardi, scrupul. duodecim.
Semin. Rutæ scrup. tres.
Ocimi scrup. tres.
Rhois Culinarii, scrup. quinquaginta quinque.
Semin. Anethi scrup. sex.
Radicum Asari drachmam unam.
Sem. Cardamomi minoris usitati scrup. sex.
Opii scrup. viginti septem.
Euphorbii scrup. sex.
Piperis nigri scrup. triginta.
Rosarum siccarum scrupul. novem.
Phylli scrup. duodecim.
Opobalsami sive Ol. Caryophyll. scrup. viginti quat.
Ventriculi mergi avis scrupul. sex.
Laccæ veræ scrup. duodecim.
Lycii Indici scrup. duodecim.
Caryophyll. tantumdem.
Stercoris reperti in alvo Mergi scrup. sex.
Florum Nerii scrup. quatuor semis.
Rhei pontici scrupul. duodecim.
Mei Athamantici scru. sex.
Terræ Cimoliæ, pro ea Boli oriental. præpat. scrupul. duodecim.
Succi Artemisiæ scrupul. viginti.
Folior. Seridis, id est, Cichoriæ scrup. novem.
Spicæ Celticæ scrup. duodecim.
Castorii scrup. tres.
Costi scrup. duodecim.
Gentianæ tantumdem.
Confect. Hedychroi scru. novẽ.
Anisi scrup. sex.
Sisonis scrup. octodecim.
Thymiamatis, id est, Gummi Hammoniaci scrupul. duodecim.
Foliorum Citrii pomi tantumdem.
Vini veteris odorati quãtum satis fuerit succis et liquoribus resolvendis.
Mellis despumati opt. (ut Aëtius scribit, interprete Cornario) libras quinque vel sex.

Sed nos singulis specierum unciis ternas uncias mellis adjiciemus, itaque sume mellis despumati odorati quàm optimi libras sex, uncias septẽ, drachmas duas & dimidiam.

Arida omnia minutis. contundito, Opium vero, Myrrhã, Hypocistidem, Bdellium, Lycium, Hammoniacum in vino, Tragacanthã deinde seorsim per se affuso vino dissolvito. Deinde omnia simul misceto, addendo etiam

iam despumatum Artemisiæ succum. In universum hanc confectionem simili ratione conficies, qua Theriacam, & eodem modo dimittenda est, ut effervescat, non omnino repleto vase.

Nicolaus Alexandrinus duas habet Esdræ compositiones, alteram Magnæ, alteram vero Hispaniensis cognomento, sed quia confusæ & indigestæ tantum sunt moles, ac numerosis, & nulla harmonia coëuntibus simplicibus constant, ideo noluimus eas ascribere, hisce duobus Medicamentis paulo exactius compositis contenti.

PHYLLI, *id est, folii, cuius loco Spicæ Romanæ, Macis, ana scrupuli sex sumantur.*

NERION, *id est, arbor Oleander sive Rhododendron: pro cuius floribus (quanquam etiam in nonnullis apud nos viridariis reperiatur) accipiantur radices Vincetoxici. Legitur autem in Aëtio rosarum Rhododaphnes. Sed idem est quod flos Nerii, ideo alterum tantum eorum posuimus.*

Mirifice contra lethalia venena prodest, aliosque usus multos habet, quos apud Aëtium lib. 13. cap. 101. Paulum lib. 7. cap. 11. Actuarium in lib. de Compos. Medicamentorum reperies.

Esdræ Antidotus ex Actuario.

℞ *Mameræ, vel eius loco Doronici Romani, unc. unam.*
Amomi uncias duas.
Junci odorati, id est, Schœnanthi, unciam dimidiam.
Pyrethri scrup. octo.
Croci unciam unam.
Myrrhæ drach. quatuor.
Styracis unciam dimidiam, scrupulos duos.
Petroselini scrup. quatuor.
Tragacanthæ unciam unam.
Succi hypocistidis drachmas quatuor.
Iridis unciam dimidiam, scrupul. duos.
Semin. Fœniculi unc. unam.
Folii aut succedanei eius, uncias tres.
Radicis ponticæ, id est, Rhapontici,
Rosarum siccarum,
Glycyrhizæ,
Florum sylvestris punicæ, id est, Balaustiorum,
Cinamomi, an. uncias tres.
Nardi Celticæ drachmam unam.
Mellis despumati libr. sex, uncias novem, drachmas septem.

Myrrham & Hypocistidem in vino dissolve modico, Tragacantham vero per se etiam dissolve & confice secundum artem.

Actuarius ponit absurdum componendi modum, quem non sequimur.

APPENDIX.

Theriaca Arnoldi de Villa nova.

℞ *Semin. Juniperi,*
Rad. Aristolochiæ rotundæ & longæ,

Gentia-

Gentianæ,
Tormentillæ,
Herbæ Tunicæ (pro qua alii sumunt Angelicā, alii Carduum benedictum)
Dictamni albi,
Helenii, ana drachm. quinque.
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moscatæ,
Zingiberis,
Zedoariæ, an. drach. quatuor.
Salviæ,
Rutæ,
Balsamitæ,
Menthæ,
Pulegii Cervini, ana drachmas duas.
Baccarum Lauri,
Doronici (cuius loco duplum Caryophyllorum vel Angelicæ)
Croci,
Sem. Acetosæ,
Citrii mali,
Ocimi,
Gummi Mastiches,
Thuris,
Boli armeni,
Terræ Sigillatæ,
Spodii,
Ossis de corde Cervi,
Limaturæ Eboris,
Margaritarum,
Fragmentorum Saphyri,
Smaragdi,
Corall. rub.
Ligni Aloës,
Santali rubri & Citrini, ana drach. unam.
Conser. Rosarum,
Buglossæ,
Nymphææ,
Theriacæ probatæ, an. uncias duas.
Sacchari lib. sex.

Fiat Electuarium, cum *Aqua Scabiosæ & rosacea modice Camphorata.*

Huic descriptioni opt. poterunt adjungi Scordii & Carlinæ an. drach. quinque.

Nonnulla est in ponderibus, sed exigua differentia apud Guidonem. Nos hanc descriptionem in Italia usitatiss. volumus retinere. Alii volunt adjungi Scordium & Carlinam.

Hęc Theriaca describitur à Guidone in tractatu de Apostematibus, tractatu II. doctrina II. cap. V. ubi de magna pestilentia agit, & hoc Electuario instar Theriacæ dicit se fuisse usum & auxilio Dei à Peste præservatum. Hanc Cl. V. Hieronymus Donzellinus Medicus excellentiss. in suo libro de Peste commendat plurimum, & asserit ad pondus duarum drachmarum in Peste ista Veneta Anni 1577. sæpe feliciter esse exhibitam. Ab aliis Electuarium Guidonis sive Papæ vocatur.

Electuarium de Ovo.

℞ Ovum gallinaceum recēs, & extracto albumine, impleatur vacuum, facto parvo foramine, Croco orientali non pulverisato, relicto intus vitello: Postea cum alio

alio putamine rursum obturetur, & lento igne, vel ad fornacem tamdiu assetur in fictili, donec tota testa ovi incipiat nigrescere, diligenter attendendo ne Crocus comburatur: alioqui corrumpit totum Medicamētum. Exemta Materia exiccetur, ut minutissime possit contundi & in pulverem redigi, ac addatur pulveris Sinapis albi, quantum prædicta omnia ponderant. Deinde

℞ *Pulver. rad. Dictamni albi,*
Tormentillæ, ana drach. duas.
Myrrhæ,
Cornu Cervini,
Nucis Vomicæ, ana drach. unam.
Rad. Angelicæ,
Pimpinellæ,
Granorum Juniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ, an. unciam dimidiam.

Misceantur universa simul in mortario, & adjiciatur denique Theriaca optima ad pondus omnium, & iterum pistillo bene misceatur per tres ferme horas semper agitādo, donec fiat Electuarium secundum artem.

Quidam conficiunt sine nuce Vomica, & illius loco sumunt semina Citrii mali vel radicem Petasitis, propter illos qui nimium abhorrent à nuce Vomica, ut veneno, quamvis experientia comprobatum sit, illam potius canibus & felibus quam hominibus adversari. Præterea nonnulli vehementer à Camphora afficiuntur, quare si loco præservationis frequentius usurpandum erit hoc Electuarium, dimidium tantum sumatur Camphoræ. Multi plane omittunt.

Creber apud Germanos huius usus est in peste, ac venenis omnis generis depellendis.

Diascordium Fracastorii.

℞ *Cinamomi,*
Cassiæ ligneæ, ana unc. semis.
Scordii veri unc. unam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Bistortæ, an. unc. semis.
Galbani,
Gummi Arabici, ana drach. quatuor.
Opii drach. unam semis.
Styracis calamitæ drachm. quatuor semis.
Sem. Acetosæ drachmam unam semis.
Gentianæ drach. quatuor.
Boli Armeni unciam unam semis.
Terræ Lemniæ unciam semis.
Piperis longi,
Zingiberis, an. drach. duas.
Mellis albi libras duas semis.
Conservæ Rosarum lib. unam.

Vini

Vini aromatici libram dimidiam.

Fiat Electuarium secundum Artem.

Describitur & plurimum commēdatur à Hieronymo Fracastorio lib. 3. cap. 7. de contagio & morbis contagiosis.

Confert in febribus contagiosis pestilentibus, Cephalalgia ista Epidemica, & similibus morbis, ubi potiss. Theriaca & alia magna Antidota locum non habent, ut sæpe in pueris & gravidis fieri solet. Vsus cum aqua Oxalydis aut Trifolii Acetosi, quod Oxyn̄ sive Alleluja vocamus. Fracastorius peste laborantibus hoc modo exhibet: Sumit succi Luiulæ sive Oxydis uncias duas, Succi Citrii pomi unciam unam, Diascordii drachmam unam, Specierum Cordialium ē gemmis scrupulos duos, Aceti unciam unam. omnia mixta dentur simul, & repetatur quoties opus fuerit.

Electuarium Alexipharmacum D. Angelbergii.

℞ *Theriacæ selectæ,*
Conserv. Rosarum, ana unciam unam semis.
Mithridatii unc. unam.
Sulphuris vivi an. drachmam unam & dimidiam.
Camphoræ scrupul. quatuor.
Rad. Zedoariæ,
Fraxinellæ sive Dictamni albi,
Angelicæ,
Gentianæ,
Aristoloch. rotund. veræ,
Tormentillæ,
Succisæ sive Morsus Dia. Pimpinellæ,
Imperatoriæ sive ostrucii,
Ligustici,
Phu veri, ana unciam dimidiam.
Herb. Veronicæ,
Cardui benedicti,
Baccarum Lauri,
Fol. Rutæ, ana scrup. duos.
Myrrhæ selectæ drachmam unam.
Terræ Lemniæ sive Sigillatæ,
Boli armeni orient. præparat. cum aqua Acetosæ, ana drach. duas.
Croci drach. dimidiam,
Cinamomi drach. duas.
Specierum de gemmis utriusque,
Diamoschi dulcis,
Diamargar. frig.
Diatrion santalon. ana scrupul. unum.
Cornus Cervini præparat. drachmam unam & dimidiam.
Electuarii de Ovo, unciam semis.
Syr. de Succo Citrii pomi, uncias duas.
Aquæ vitæ Arnoldi contra pestem (de qua inferius) unciam unam.
Foliorum Auri n°. decem.

Redigantur radices in pulverem subtilisſ. & cum aliis secũdum artem fiat Electuarium.

Nonnulli adjiciunt Succini albi drachmam unam & dimidiam.

In his locis & vicinis tempore pestis hoc Electuarium tam curationis, quam præservationis caussa est usitatum, & longo tempore cœptum in officinis parari.

Antidotum Matthioli Præservativum.

℞ *Rhabarbari electi,*
Rhapontici veri,
Rad. Phu,
Acori sive Calami aromatici vulgo,
Cyperi,
Quinquefolii,
Tormentillæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Pæoniæ,
Helenii,
Costi,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi, ana drachmas tres.
Galangæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Millefolii,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Agarici drachmas tres.
Libanotidis maris,
Rad. Gentianæ,
Succisæ vel Morsus Diaboli, an. dra. duas semis.
Sem. Citrii mali,
Viticis,
Cocci infectorii,
Fraxini,
Oxalidis,
Pastinacæ sylvestris,
Napi,
Nigellæ,
Pæoniæ,
Ocimi,
Irionis,
Thlaspios,
Fœniculi,
Ammi, ana drachmas duas.
Baccarum Lauri,
Juniperi,
Hederæ,
Asperæ Smilacis,
Cubebæ, an. drach. unam semis.
Folior. Scordii,
Chamædryos,
Chamæpyteos,
Centaurii minoris,
Stœchadis,
Nardi Celticæ,
Calaminthæ,
Rutæ,
Menthæ,
Betonicæ,

Verbenacæ,
Scabiosæ,
Cardui benedicti,
Melissophylli, an. drac. unam semis.
Dictamni Cretensis drach. tres.
Sampsuchi,
Hyperici,
Junci odorati,
Marrubii,
Galegæ,
Pimpinellæ,
Sabinæ, an. drach. duas.
Caricarum,
Nucum juglandium,
Pistaceorum, an. uncias tres.
Myrobalan. Emblicorum drach. quatuor.
Florum utriusque Buglossi,
Rosarum,
Lavendulæ,
Salviæ,
Rorismarini coronarii, an. scrup. quat.
Croci drach. tres.
Cassiæ odoratæ vel Cinamomi opt. drach. decem.
Caryophyllorum,
Nucis Moscatæ,
Macis, an. drachmas duas semis.
Piperis nigri ac longi,
Santalorum omnium,
Ligni Aloës, ana drachmam unam semis.
Cornus Cervi crudi drachm. quatuor.
Unicornus drach. unam.
Ossis cordis Cervini,
Ramentorum Eboris,
Virgæ Cervinæ,
Castorii, an. scrupul. quatuor.
Terræ Lemniæ drach. tres.
Opii drachmam unam & dimidiam,
Margaritarũ orientalium.
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Corallii rubri, an. drachmam unam semis.
Camphoræ drach. duas.
Mastiches,
Styracis,
Thuris,
Myrrhæ,
Gummi Arabici,
Resinæ Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laserpitii, an. drachmas duas semis.
Moschi odorati,
Ambræ, an. drach. unam.
Olei Chalcanthini rite parati, unc. dimid.
Pulveris Cordialis Temperat.
Diamargariti,
Diamosci,
Diambræ,
Elect. de gemmis,
Pastillorum Camphoræ,

Scyllæ, ana drachmas duas semis.
Pastillorum viperæ uncias duas.
Succi Oxalidis,
Sonchi,
Scordii,
Echii,
Buglossi,
Melissophylli, ana libram dimidiam.
Hypocistidis drach. duas.
Theriacæ Electæ,
Mithridatii optimi, an. uncias sex.
Vini albi veteris odoratiss. libras tres.
Sacchari Maderæ insulæ vel Mellis optimi, libras octo, & uncias sex.

Ex omnibus his summa diligentia conquisitis ac selectis fiat Electuariũ, eo modo, quo Theriaca vel Mithridatium confici solet.

Quamvis hæc nimis & operosa & numerosa compositio forsitan ad limam aliquam reduci posset, tamen ob autoritatem Matthioli, & persuasionem apud nos multorum, cum jampridem in omnibus officinis hic paretur, eam quoq; hic inserere (quemadmodum nonnullas alias, quę sequuntur) placuit, ut haberent potissimum pharmacopolæ certum modum eas parandi, cum sæpenumero varietas alioqui in illis observetur.

Parat idem autor aquam Alexiteriam ex huius Antidoti libra una, itemque libra Syrupi è Corticibus Citrii mali, & vini probe stillatitii aliquoties, libris quinque, omnibus permistis & per mensem in vitreo vase bene obturato maceratis, bisque in hebdomade agitatis. Quo tempore elapso & vi Electuarii in aquam transfusa, illa limpida in aliud vitrum paulatim transfundatur, & usui ad prædicta servetur. Datur quatuor drachmarum pondere per se vel cum vino odorato vel alia aqua ad rem faciente, singulari successu.

Antidoto hoc utimur contra omnia venena, intra corpus sumta, vel exterius illata. præterea tempore pestis non solum præservationis, sed etiam curationis caussa. Sumendi dosis est à drachma una, ad tres, pro ætate, morbo & ægroti constitutione. Cum succo vel aqua Cardui benedicti, vel Galegæ, aut Scordii, ad sudorem excitandum.

Antidotum Curativum.

℞ *Antidoti prioris libram unam.*
Camphoræ unc. unam.
Sulphuris vivi prępara. scru. duos, grana quinque.
Fol. Auri n°. quinque.
Argenti n°. sex.
Cum Syr. de succo Citrio,
Fiat Elect. secundum artem.

Alii addunt Boli armeni unciam dimidiam.

Quamvis forsitan priore contenti esse possemus, tamen cum ob multitudinem hominum sæpe tempore necessitatis hoc quoque requiratur, ob jam commemoratas caussas hoc etiam addere voluimus.

Alexiterium contra Pestem.

℞ *Croci orientalis,*
Santali rub.
Angelicæ, ana unciam semis.
Corticum citriorum,

Gentianæ,
Aristolochiæ rotundæ veræ,
longæ,
Pimpinellæ,
Valerianæ,
Tormentillæ,
Dictamni albi, ana drachmas duas.
Sem. Acetosæ,
Santalorum Citrinor.
Limaturæ Auri & Argenti, an. drach. unam.
Limaturæ Eboris,
Unicornu,
Oßis de corde Cervi,
Saphyri,
Agalochi,
Semin. Citriorum,
Serici crudi,
Magistrantiæ,
Cinamomi opt.
Caryophyllorum,
Nucis Moscatæ,
Baccarum Lauri, an. drachmam dimidiam.
Margaritar. præparat.
Hyacinthi, an. scrupulum unum.
Granorum Chermes, unciam dimidiam.
Sacchari candidi, unciam unam.
Camphoræ uncias duas.
Theriacæ optimæ uncias novem.

Misceantur omnia diligenter, ac fiat secundum Artem Electuarium.

Ad priora efficax.

Electuarium Camphoratum D. Kegleri.

℞ *Rad. Dictamni albi,*
Tormentillæ, ana drach. duas.
Zingiberis albi uncias duas.
Sacchari candidi unciam unam.
Margaritar. præparat. unciam dimidiam.
Nucis Vomicæ,
Oßis de corde Cervi, an. drac. duas.
Camphoræ unciam unam.
Theriacæ opt. uncias quatuor.
Sacchari albi in aqua Acetosæ dissoluti quantum satis est.

Fiat Electuarium.

Ad Curationem febris pestilẽtis, & ipsius pestis efficax.

Electuarium contra pestem pro pauperibus.

℞ *Ficuum pinguium libram dimidiam.*
Nucum juglandium uncias duas.
Fol. Rutæ drach. tres.
Zedoariæ drach. duas.
Boli Armeni drach. tres.

Rob Juniperini, unc. duas.
Rad. Gentianæ drach. unam.
Theriacæ electæ unc. quatuor.
Cum Syr. de succo Acetosæ.

Fiat Electuarium.

Species Confectionis vilioris pretii, quæ Marstalleri dicitur.

℞ *Boli Armeni præpar. unc. tres.*
Rad. Pimpinellæ,
Helenii,
Fraxinellæ,
Tormentillæ,
Phu,
Granorum Juniperi,
Santali rubei,
Baccarum Lauri,
Zedoariæ,
Cardui benedicti,
Scabiosæ, ana unciam unam.
Gentianæ uncias duas.

Commixtis omnibus fiat species, vel cum Sacchari sufficiente quantitate dissoluti in aqua Cardui benedicti, Rotulæ.

Electuarium de Granis Tinctoriis, sive Confectio Alchermes Mesuæ.

℞ *Serici crudi & aquam non experti, uncias quatuor.*

Maceretur in

Aquæ Rosarum odoratiss.
Succi pomorum dulcium, vulgo Appiorum in Italia, vel apud nos similium, an. lib. una ac semis:

Horis viginti quatuor: deinde bulliant modice lento igne & exprimantur postea valide, in quo liquore rursum bulliant moderato igne,

Grani tinctorii vulgo Chermes vocati, unciæ tres.

Vbi decoctum rubrum colorem contraxerit, coletur, & in eo dissolvatur Sacchari albi opt. quod è Medera insula advehitur, libra una semis.

Coquatur ad mellis consistentiam, & remotis, antequam frigescant, addatur

Ambræ grisEæ (alias crudæ per errorem librarii) minutim incisæ, seorsim ex modico supra dictæ decoctionis calẽtis solutæ, uncia dimidia.
Lapidis Lazuli sive Cyanei probi & legitimi, loti ac præparati, vncia una & dimidia.
Ligni Aloës crudi & non adulterati,
Cinamomi crassi op. an. drachmas sex.
Margaritarum præparatarum drach. duas.
Fol. auri drach. unam.

Moschi seorsim cum modidico pulverisati Sacchari misti scrupulum unum.

Misce ac fac Electuarium secundum Artem.

Hæc compositio cum preciosa sit, & satis difficilis paratu, ante hæc tempora in usu non fuit. cum autem nunc ab aliquibus expetatur, & apud nos componatur, noluimus eam prętermittere, nam cum aliquo fructu à nonnullis usurpatam scimus. Eius verò loco à tenuioribus Confectio Cordialis ante à Cordo descripta accipi potest. Examinatis autem multorum descriptionibus selegimus eam, quam in Antidotario Romano nuper edito reperimus, quæ retinet Lapidis Cyanei drachmas duodecim, sicuti quoque Borgarucius, Calestanus & alii in suis Italicis de compositione Medicamentorum libris faciunt. In qua sententia quoque est Doctissimus Medicus Ioannes Costæus, cuius de hac compositione accuratiss. commentarii in Mesuem poterunt cum magna utilitate consuli. Non tamen repugnamus, si potius ad cordis corroborationem, quam Melancholiam respicere velimus, aliam quoque posse rationem componendi observari, in qua scilicet tantum drachmę duę Lapidis Lasuli accipiantur. Alii huius lapidis drachmas duodecim, sed usti & exactè loti injiciunt, ustione vim purgantem tolli, sola cardiaca relicta, æstimantes. Nonnulli Ambræ quoque, ob nimium eius precium tãtum dimidium apponunt. Sed hæc arbitrio Medicorum, qui in diversis temporibus & affectibus illa uti solent, sunt committenda. Sunt etiam qui huiusmodi pulveres in tabellas cum Saccharo dissoluto in odoratiss. aquis & diligẽter cocto non inutiliter redigant.

Confectio hæc magnatibus & principibus, aliisque qui precium eius ferre possunt, expetitur. Præservat ab Apoplexia à frigidis & melancholicis humoribus orta, cerebrum & cor valide roborat, in palpitatione, & syncope interdum utiliter usurpatur.

Confectio Alchermes, prout Collegium Montis Pessuli curavit parari pro Rege.

℞ *Succi pomorum dulc.*
Aquæ Rosar. fragrantis, q. s.
Serici Crudi libram unam.

Infunde per diem naturalem, & posteà exprime: Huius expressi colati recipe libras tres,

Succi Granorum Kermes libram unam.
Sacchari finiss. libras duas.

Coque ad mellis spissitudinẽ, peracta coctione, removeantur ab igne, & sinantur tepescere, tum adde

Pulveris Ligni Aloës,
Datseni, id est, Cinnamomi el. ana drach. decem.
Lapidis Lazuli loti & præparati,
Margaritarum præpar.
Ambræ Crudæ & minutim incisæ drachmas duas.
Moschi laudati,
Foliorum Auri Vngar. drach. unam.

Fiat Conf. s. a.

Electuarium vitę Arnoldi de Villa nova.

℞ *Uvarum passarum libram unam.*
Glycyrhizæ mundatæ drachmas quatuor.
Aquæ fontis, unc. quindecim aut quantum satis est.

Coquan-

Coquantur & exprimantur bene, quibus addantur

Cort. Myrob. Chebulorum,
Citrinorum,
Indorum, ana unc. una.
Emblicorum,
Belliricorũ, ana drachma una.

Omnia contusa decoquantur, exprimantur & colentur, addendo

Sacchari libram dimidiam.

Rursum ad consistentiam Syrupi coquantur, & ultimo addatur

Cinamomi Electi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moscatæ, an. drachm. una.
Semin. Anisi,
Fœniculi, an. unc. semis.

Misceantur secundum Artem.

Roborat ventriculum, & superfluos ac crudos humores consumit emendatque.

Describit hoc Electuarium Arnoldus de conservanda juventute, & retardanda senectute. Vsitatum est interdum apud nos quoque, tametsi alia quoque eiusdem facultatis medicamenta reperiantur.

Antidotum Hæmagogum.

℞ *Lupinorum drach. duas.*
Piperis nigri drach. unam, scrup. duos, grana sex.
Glycyrhizæ scrupul. quatuor.
Aristolochiæ longæ,
Artemisiæ,
Caßiæ ligneæ,
Macedonici, id est, Petroselini,
Pyrethri,
Sem. Rutæ,
Spicæ,
Myrrhæ,
Pulegii, ana scrupul. duos, & grana quatuordecim.
Sem. Apii,
Sabinæ, an. scrup. duos & grana tredecim.
Centaurii majoris,
Dauci Cretici,
Nigellæ,
Sem. Sisonis vel eius loco Dauci aut Carui,
Anisi,
Caryophyllorum,
Aluminis liquidi, vel eius loco Saccharini, an. scrupul. duos.
Folior. Lauri, scrupul. unum semis, & grana tria.
Xylobalsami vel Xyloaloës, scrupul. unum, & grana quatuordecim.
Schœnanthi scrupul. unum & grana tredecim.
Asari,
Acori, id est, calami aromatici,
Amomi,
Pæoniæ,

Centau-

Centaurii minoris,
Sem. Atriplicis,
Marathri sive Fœniculi,
ana scrupul. unum,
grana sex.
Cyperi,
Helenii,
Zingiberis,
Radic. Capparum,
Cumini,
Orobi, an. scrup. unum.

Trita omnia in tenuiss. pulverem excipiatur mellis quadruplo, & conficiatur Electuarium ex arte.

Hanc compositionem minime negligendam, ac dignam quæ in usum frequentem rursum transferatur, ex Antidotario Romano, & Epistolis Matthioli, in quibus plurimum hoc Medicamentum ob suam efficacitatem commendatur, emendatiorem hic voluimus ponere, de qua lector in iisdem Epistolis plura videre poterit.

Obstructiones Epatis & induratos lienes sanat, menses & urinam promovet, ac uterum ab humoribus pravis male habentem expurgat, ac ventriculo confert. Datur ad drachmas tres vel quatuor cum aqua aliqua conveniente, si febris affuerit, sin minus, cum vino mulso, idque si opus fuerit, usque ad nonum vel decimum diem continuatur.

CONDITA.

ARANTIA integra, & in partes dissecta, item cortices & flores.

BERBERES.

BUGLOSSI } *radices.*
BORAGINIS }

CALAMUS aromaticus, id est, Acorus, qui jam etiam apud nos in multis hortis egregiè viret.

CARYOPHYLLI fructus.

CASSIA fistularis.

CERASA omnis generis.

CRITHMUS sylvestris, Eryngii ferme foliis, sed majoribus. Nascitur in agris pinguibus.

CITRIA POMA integra, pulpa, cortices, qui sunt potiss. eligendi, & flores.

CICHORII radices.

CORNA.

CUCURBITARUM } *pulpa.*
CUCUMERUM }

CYDONIA.

ERYNGIUM.

GALANGA.

HELENIUM.

IRIDIS radices.

LACTUCÆ nostrates & Hispanicæ.

LIMONES.

Venduntur autem Limones conditi frequentes pro Chebulis, facile tamen fraus

fraus depræhenditur. Nam Chebuli unum tantum magnum & lignosum habent nucleum, limones vero multa semina.

NUCES juglandes nondum plane maturæ.

NUCES MOSCATÆ integræ.

Afferuntur ex India conditæ.
Minor apud nos paratur.

NYMPHÆÆ radices.

MESPILA.

MYROBALANI CHEBULI.

BELLIRICI.

EMBLICI.

CITRINI.

INDI.

Afferuntur Emblici & Chebuli Myrobalanorum species ex India conditæ, quamvis apud nos quoque rursum humectari soleant, & condiri, sed prioribus multum sunt imbecilliores.

PASTINACÆ radices.

PIMPINELLÆ radices.

PIPER in racemis.

Ex India affertur, cum Zingibere in parvas partes inciso & aceto condito.

PIRA Moscatellina.

POMA Persica, Armeniaca, & alia vulgaria.

PRUNA hortensia & sylvestria.

RIBES.

SATYRIA sive potius Orchides.

SESACUL quorundam, nostrum Siser.

SORBA.

SYMPHYTI majoris radices.

UVÆ omnis generis.

ZINGIBER ex India.

Quamvis apud nos quoque concinnari soleat, sed priore multo inferius.

Omnia diligenter Saccharo clarificato secundum artem condiantur.

CONSERVÆ.

ABSYNTHII.

ACETOSÆ.

ACETOSELLÆ sive Oxydis.

ADIANTHI.

BETONICÆ.

BORAGINIS.

BUGLOSSÆ.

CARDUI BENEDICTI.

CARYOPHYLLORUM florum sive Tunicæ.

CICHORII.

CONSOLIDÆ majoris.

CYNOSBATI, vel ex pulpa sola, vel una cum seminibus.

EUPHRAGIÆ.

FUMI TERRÆ.

GALEGÆ vel rutæ Capprariæ.

GENISTÆ florum non planè maturorum.

GRANATORUM florum.

Gratiolæ.
Hyssopi.
Lavendulæ.
Liliorum alborum.
Lilii Convallii.
Malvæ florum.
Maioranæ.
Melissæ.
Menthæ.
Nymphææ florum.
Pæoniæ florum.
Persicæ arboris florum.
Primulæ veris sive herbæ paralysis.
Prunellæ.
Rosarum.
Rosmarini sive Anthu.
Rutæ.
Salviæ.
Sambuci.
Satureiæ.
Scabiosæ.
Scordii.
Tiliæ florum.
Tussilaginis florum.
Violarum.

Flores minutiss. incidantur, & singulis libris florum addantur Sacchari albiss. libræ duæ, videlicet qui humidi & mucilaginosi sunt, ut Boraginis, Buglossi, & similium. Cavendum etiam, ne eiusmodi flores ipsa fermentatione intumescentes diffluant, quod præcavetur, si vasa ad summum non impleantur. Siccioribus vero, quales sunt Rosmarini, Lavendulæ, Majoranæ, Melissæ, Salviæ, Menthæ, & similibus, addatur Sacchari albiss. libræ duæ ac semis.

Diacidonium simplex.

℞ *Carnium Cidoniorum in frusta disectorum, ac vapore aquæ dulcis ad spissitudinem coctorum,*
Sacchari albiss. despumati & ad consistentiam justam cocti, an. libras octo.

Coquantur ad solidam spissitudinem, & extendatur in tabula fervens massa, refrigerata vero in partes incidatur.

POTERIT ETIAM hoc modo parari.

℞ *Cidoniorum mundatorum lib. octo.*
Sacchari clarificati lib. tres, alii lib. quatuor.

Coquantur Cidonia in partes disecta super vaporē aquæ dulcis, deinde una cum Saccharo ad justam spissitudinem bulliant. Sunt qui Moscho misto, composito odoris gratiam concilient. additur autem quàm pri-

mum ab igne deposita in minutas partes dividuntur.

Videtur idem esse cum eo quod Galenus 2. de facultatibus Aliment. vocat μηλοπλακοῦντα, id est, placētam ex malis cidoniis, nisi quod ibi Mel pro Saccharo accipiatur.

Peculiare remedium est ad fluxus nimios sive vomitus, quoniam astringit & corroborat membra debilia, prodest ventriculo, facultatem retentricem & coquentem juvat, appetitum excitat. Sed ad fluxum datur ante cibum, ad vomitum vero sedandum post illum.

Diacidonium Galeni de tuenda valetudine Lib. VI.

℞ *Succi pomorum Cidoniorum struthiorum, id est, dulcium, tenerorum & odoratorum, majorum, sextarios duos, id est, libras tres, & uncias quatuor.*

Mellis optimi ac despumati quoque sextarios duos, id est, libras quatuor & semis.

Aceti sextarium unum & semissem, id est, libras duas, & uncias tres.

Hęc si super prunis modice cocta, & despumata fuerint, immittantur

Zingiberis unciæ tres.

Piperis albi unciæ duæ.

Deinde simili igne recoquantur, ad mellis crassitiem. Eadem ferė est ratio si cũ Saccharo paretur.

Possunt & alia adjici pro consilio Medici. Dosis nonnihil mutatur in quibusdam libris de compositione Medicamentorum scriptis, sed quam posuimus Doctiss. Viri secundum pondera antiquorum probant. Quod si alvum solvere debet, ad unamquamque libram huius Diacidonii addatur Scammonii uncia dimidia, & bene tritum misceatur.

Diacidonium Compositum Nicolai.

℞ *Carnium Cidoniorum comminutarum & coctione inspissatarum libr. tres.*

Mellis despumati libras quatuor.

Coquantur simul ad justam cõsistentiam, & postquam ab igne depositum fuerit, priusquam refrigeretur, inspergantur species sequentes in tenuiss. pulverem contritæ:

Cinamomi uncia una semis.

Zingiberis uncia una.

Piperis,

Galangæ, ana uncia dimidia.

Caryophyllorum,

Nucis Moscatæ, ana drachmas tres.

Spicæ Nardi,

Ligni

Ligni Aloës,
Macis,
Cardamomi, ana drachmæ duæ.
Zedoariæ drach. una.

Extendatur tota massa in tabula Marmorea, prius aqua Rosacea, in qua aliquid Moschi dissolutum sit, madefacta.

Quod si alvum cum hoc quoque subducere consilium est, antequam in tabula marmorea extendatur, in unamquamque libram illius addatur Scammonii selecti uncia dimidia, quæ bene trita misceatur composito.

Quædam exemplaria habent Mellis libras tres. Sed Nicolai liber, qui ad nostras manus pervenit, habet libras quatuor. Nam necesse est ut tot species habeant, quod illas conservet.

Multi loco Mellis quoque accipiunt Saccharum, quod non est improbandum.

Hoc est calidius & efficacius ad ea quæ antea diximus, resolvit flatus, & ventriculum roborat, viresque instaurat.

Diacidonium Aromaticum è Succo Cidoniorum Mesuæ.

℞ *Succi Cidoniorum despumati lib. duodecim.*
Mellis opt. despumati,
Sacchari albiss. clarificati, an. libras duas.

Coquantur simul ad justam spissitudinem, deinde ab igne remotis & adhuc tepentibus inspergantur pulveres sequentium specierum, minutiss. contriti & per cribrum excussi:

℞ *Cinamomi,*
Nucis Moscatæ, an. uncias quatuor.
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Galangæ, an. unc. duas.
Radicum Nardi Celticæ,
Piperis nigri,
Ligni Aloës,
Macis,
Zedoariæ,
Cubebarum,
Cardamomi, ana unciam unam.

Compone secundum artem.

Ad priores affectus utile.

LENIENTIA ET PVRGANTIA.

Flores Caſsiæ Fiſtularis.

℞ *Cannas ſive ſiliquas ponderoſas, & quæ nõ reſonant concuſſæ.*

Aperiantur, & contenta in illis pulpa ſive medulla è laminis & ſeminibus ſuis diligenter mundetur. Exemta projiciatur ſuper inverſum & anguſtum cribrum ſetaceum, deinde hoc pone ſupra bullientis aquæ vaporem, & averſo cochlearis convexo medullam Caſſiæ hinc inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur, & ſi quid excretum eſt aut penetraverit, confeſtim ſubinde auferto, ne plus quàm neceſſe eſt de vapore imbibat, idque tamdiu facito, donec quantum voles collegeris. Porro cum neceſſitas requirit, ſemper recentes exprime flores Caſſiæ, nam diutius repoſitæ ſolent aceſcere.

Si quis Caſsiæ flores ſive pulpam magis alvum ſubducentem reddere volet, in bullientem aquam projiciat folia aut flores mali perſici & prunorum ſylveſtrium, vel omnia hæc ſimul, ſed debilibus ventriculis talia minime convenire depræhendimus.

Sanguinem mundificat & eius acuitatem compeſcit, ſitim ſedat, præſertim cum ſucco Endiviæ aut Taraxaci depurato. Educit bilem, & phlegma ſine vehementia. Lenit pectus ac guttur, & inflammationibus in illis medetur. Renes calidiores cum diureticis non nimis calidis & infuſione Glycyrhizæ alterat, prohibet generationem calculi, & confert in febribus.

Diacaſsia cum Manna & ſine Manna.

℞ *Prunorum Damaſcenorum uncias duas.*
Florum violarum manipulum unum ſemis.
Aquæ fontanæ lib. unam & mediam.

Bulliant ſecundum artem ad medii cõſumtionem, & colentur. in colatura diſſolvantur

Pulpæ Caſsiæ unciæ ſex.
Sacchari violati,
Syrupi violati, ana uncias quatuor.
Pulpæ Tamarindorum,
Sacchari candidi.

Peni-

Penidiorum, ana uncia una.

Confice Electuarium, ut artis est.

Quod si cum manna parare volueris, quoniam ea non diu in Electuariis eiusmodi durat, addantur unciæ duæ Mannæ selectæ.

Pulpa Tamarindorum fit ut Casiæ pulpa sive flores Casiæ.

Est pro delicatis, qui sunt alvo astrictiore, cum sit grati saporis, nec molesta. lenit viscera, & alvum, bilem educit & febrium calores mitigat. Cumque multis in locis præsertim in Italia sit usitata, apud nos quoque recte in usum, præsertim eo modo quo dictum est, revocari posset.

Casia Extracta sine foliis Senæ.

℞ *Prunorum n°. duodecim.*
Violarum Manipulum unum.
Hordei mundi,
Anisi,
Polypodii quercini,
Semin. Cartami, ana drach. quinque.
Capillorum Veneris,
Thymi,
Epithymi, ana Manipulum dimidium.
Passularum mundat. ab acinis, unc. dimid.
Sem. Fœniculi drach. duas.
Portulacæ,
Malvæ, an. drachm. tres.
Glycyrhizæ drachm. quatuor.

Fiat horum decoctio in sufficienti aquæ quantitate, colentur, & in colatura dissolvantur

Pulpæ Casiæ lib. duæ.
Pulpæ Tamarindorum uncia una.
Cinamomi drach. tres.
Sacchari opt. libra una.

Coquantur ad perfectionem secundum Artem.

Casia Extracta cum foliis Senæ.

℞ *Huius Casiæ extractæ sine foliis Senæ lib. duas.*
Pulveris foliorum Senæ, uncias duas.

Misce secundum artem.

Facile solvit, lenit asperitatem intestinorum, removet illorum astrictionem, ac in primis in biliosis & Melancholicis morbis confert.

Casia Extracta pro Clysteribus.

℞ *Florum Violarum,*
Foliorum violariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ, an. Manipulum unum.

Fiat decoctio horum in sufficiēti aqua, cuius beneficio Cassia extrahatur, & cannæ eius interius lavētur. Deinde

Pulpæ Casiæ cum hac decoctione extractæ, & ad consi-

consistentiam coctæ libr. unam.
Sacchari lib. unam ac dimidiam.

Coquantur ad perfectionem secundum artem.

Quidam addunt Diacrydium sive Scammonium. Sed hoc non faciendum nisi ex consilio Medici.

Ad enemata potiss. adhibetur, ut fert titulus. nihilominus in bolo per os quoque exhibetur, estque pro delicatis, cum careat mordicatione, & magis emolliat ac humectet.

Electuarium Lenitivum D. Florenzolæ.

℞ *Passularum enucleatarum uncias duas.*
Adianti nigri, id est, Capilli Veneris Lugdunensis.
Violarum recentium,
Hordei mundi, an. manipul. unum.
Jujubarum,
Sebesten, an. n°. viginti.
Glycyrhizæ unciam mediam.
Prunorum enucleatorum,
Tamarindorũ, an. drach. sex.
Folior. Senæ,
Polypodii an. unc. duas.
Mercurialis manipul. unum & dimidium.

Decoquantur secundum artem in aqua sufficienti, coletur, & in colatura dissolvantur

Pulpæ Cassiæ,
Pulpæ Tamarindorum,
Pulpæ prunorum,
Sacchari opt.
Sacchari violati, an. unc. sex.
Pul. fol. Senæ, unciæ tres, drach. tres & semis.

Confice secundum artem.

* Paratur & sine posterioribus foliis Senæ sub nomine Diasenæ Rhasis. Florentini tantum habent pul. fol. Senæ unciam unam & dimidiam.

Hieronymus Mercurialis in suis doctiss. commentariis de compositione Medicamentorum addit Malvarum uncias duas, qui cum ibidem nonnulla etiam moneat utilia, ea hic breviter adjicere visum fuit. Vera ars, inquit, componendi & hoc Electuarium & alia lenitiva est, ut semper fiat decoctum brevius quam fieri potest, quapropter apposui ego dosim aquæ librarum sex, quæ alioqui non est definita. Faciendum est autem decoctũ in hac aquæ quantitate usque ad consumtionem duarũ tertiarum, ut scilicet ex libris sex aquæ remaneant duæ, ita efficacissimum evadit decoctum. Hoc facto, addendum est Saccharum, & coquenda hæc duo usque ad consistentiam, & omnia miscenda, ut acquirant debitam formam Electuarii: qua acquisita, non est amplius coquendum Medicamentum, sed addendum Saccharum violaceum, flores Cassiæ, pulpa Tamarindorum, & in fine pro qualibet libra Medicamenti drachmæ undecim foliorum Senæ pulverisatorum. Cassia & Tamarindi non sustinent coctionem, sed facile ex quacunque ebullitione expirant & dissipatur eorum facultas. *

Vsus eius est in febribus humoralibus & pleuritide, lenit enim & mollit intestina, & delet eorum astrictionem, facile solvit, sineq; molestia & noxa. Bilem cum pituita & Melancholia permixtam educit.

Electuarium Lenitivum de Manna Nicolai.

℞ *Capillorum Veneris,*
Ceterach.

Epaticæ,

Epaticæ, id est, Lichenis, ana drach. tres.
Sem. Cucurbitæ,
Citrulli,
Melonis,
Cucumer.
Violarum, an. unciam unam.
Prunorum Damascenorum n°. viginti.

Coquantur in Aqua ad dimidias partes, deinde percolentur cum expressione, in colato dissolvantur

Mannæ opt. & puriss.
Conservæ violar.
Pulpæ Cassiæ recens extractæ, an. uncia una.
Sacchari albiss. lib. quatuor.

Coquantur ad mellis consistentiam. Postremò species sequentes injiciantur:

Semin. Melonum,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citrulli, excorticatorum,
Florum Violarum,
Nymphææ,
Sem. Lactucæ,
Scariolæ,
Portulacæ,
Rhabarbari Electi,
Folior. Senæ. an. unciã unam.

Pulverisentur omnia & cum aliis misceantur, ac fiat Electuarium ex arte.

Confert ad purgandum sanguinem, bilem & Melancholiam reprimendam, ad jecur calefactum, & totius corporis expurgationem.

Electuarium de Sebesten Bartholomæi Montagnanæ.

℞ *Sebesten recentium sine nucleis, unc. quinque.*

Infundantur in libr. una aquæ violarum (alii sumũt duas) ac bulliant, deinde colentur, & colaturæ adde

Aquæ Iridis,
Anguriæ, ana uncias sex.
Succi Mercurialis depurati uncias quatuor.
Tamarindorum recent.
Prunorum siccorum enucleatorum ac contusorum, an. uncias quinque.
Quatuor seminum communium frigidorum excorticator. an. unciam unam.

Coquantur simul ut artis est, colentur, ac fortiter exprimantur, deinde addantur

Diaprun. simplicis, non solutivi, libra una semis.
Penidiorum unciæ octo.
Pulveris Diacrydii drachmas tres.

Fiat Electuarium.

* Hic modus componendi, desumtus ex Romano & Mantuano Antidotario, videtur esse optimus, Quamvis in illis addatur

Florum violarum Martiarum siccarum uncia una:

& Collegium Mantuanum statuat, Aquæ Iridis & Anguriæ singularum esse libram accipiendã, cum sex unciæ statim inter ebulliendum consumantur. Diacrydii vero omnes (ut quoque Coudenbergius) sumunt drachmas tres cum dimidia. Solet autem interdum etiam sine Diacrydio parari. Ex seminibus quoque frigidis lac fiat cum modico decocti contusis, quod additis penidiis cum decocto aliquantisper decoquatur.

Confert febribus biliosis intermittentibus & continuis quoque, sedat sitim, vigilias removet, & acres humores per urinam educit.

Medulla sive Pulpa Prunorum, aut Diaprunum simplex.

℞ *Prunorum magnorum acetosorum & vinosorum*

Quantitatem, quam volueris, & ademtis nucleis in fictili vitreato magno coquito, deinde per cribrum setaceum exprimito, expressam pulpam iterum lento igne ad perfectam & justam spissitudinem coquito & sine Saccharo reponito.

Medulla prunorum vinosorum calorem & sitim in febribus mitigat, & melius est ut conservetur sine Saccharo, Cerasorum more inspissata.

Porro si medullam prunorum lenientem alvum requiras, ex dulcibus sive Hungaricis magnis exiccatis conficito.

Calorem & sitim in febribus mitigat.

Diaprunum Compositum Lenitivum Nicolai.

℞ *Prunorum Damascenorum sive Hispanicorum electorum n°. centum.*

Coquantur in aqua sufficiente donec emolliãtur, colẽtur, ac deinde cibro raro transmittantur, & reservata pulpa decoctioni affundatur

Violarum uncia media.

Bulliant postea sufficienter & colentur, colaturæ addantur

Pulpæ supradictæ inspissatæ, lib. una.

Sacchari clarificati lib. duæ.

Pulpæ Tamarindorum Cassiæ an. uncia una.

Coquantur omnia simul bene agitando supra ignem, & inspergantur subsequentium specierum pulveres:

Santalorum alborum,
rubeorum,
Spodii de Ebore,
Rhabarbari,
Cinamomi, an. drach. tres.
Rosarum,
Violarum,
Sem. Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Succi Glycyrhizæ,
Tragacanthæ, an. drach. duas.
Sem. Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonis, ad. drac. unam.

Compo-

Compone omnibus bene cō-tuſis & miſtis, ut artis eſt.

Conſulatur modus ſatis compendioſus parandi hoc Electuarium in Auguſtana pharmacopœa.

Dicitur hæc compoſitio quoque Diadamaſcenum à prunis Damaſcenis quæ aſſumuntur.

Quidam ponunt prunorum non centum ſed libram unam: at malè, Nam ex Nicolao Alexandrino omnes alii hanc compoſitionem deſumſerunt.

Nonnulla exemplaria non habent Cinamomum, ſed Nicolaus Alexandrinus idipſum ponit, & niſi ingrederetur Cinamomi pondus, confectio hæc eſſet manca. Nam idem ſcribit totam compoſitionem habere libras tres & dimidiam, & ſic eſt. Impreſsi tamen codices mendoſi ſunt, habent enim libras duas & ſemis: itaque pro 3. poſuerunt 2. facili errore, non tamen tacendo.

Idem non ponit ſemen Cucumeris, nam ſi adjeciſſet, confectionem dixiſſet habere libras tres ſemis, & drachmam unam: itaque hæc drachma una Cucumeris adjecta eſt à poſterioribus, nihil tamen refert, ſive apponatur ſive non.

Datur in febribus acutis, & ardentibus, tertianis, hecticis, & ſimilibus, idque in principio, augmento & ſtatu morbi.

Diaprunum Solutivum eiusdem.

℞ *Diaprun. lenitivi adhuc recentis & calidi lib. quatuor.*

Scammonii præparati uncias duas.

Miſce.

Confert in morbis bilioſis Materia prius præparata, in febribus autem præſertim continuis cavendum.

Pulpa ſive Medulla Ceraſorum.

℞ *Ceraſorum acetoſorum,*

Quantum volueris, coquantur per ſe ſine liquore aliquo, & per cribrū ſetaceum manibus exprimantur, ac ad conſiſtentiam juſtā bulliant, ſineque Saccharo reponatur, ut pulpa prunorum. Poteſt tamen etiam cum Saccharo fieri.

Diamarenatum ſimplex.

℞ *Amarena Ceraſa,*

Quantum libuerit, & cum modico vino coquantur, cocta per cribrū manibus exprimantur, expreſſam deinde pulpam ad conſiſtentiam coqui ſinas. huius deinde inſpiſſatæ pulpæ accipe libras duodecim.

Sacchari clarificati & inſpiſſati libr. octo.

Confice ſecundum artem.

AMARENA ſunt magna Ceraſa, guſtu vinoſa, quæ germanicè vocantur Amarellen.

Diamarenatum compoſitum.

℞ *Diamarenati ſimplicis jam confecti & adhuc calidi libr. quatuor.*

Cui inſpergantur ſequentes ſpecies, in minutiſs. pulverem tritæ:

Cinamomi,

Nucis Moſcatæ, an. unciam unam.
Zingiberis,
Galangæ, ana drachmas quatuor.
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Macis,
Ligni Aloës, an. drach. duas.

Confice ſecundum artem.

Ad hunc modum poteſt quoque fieri Electuarium ex Cynosbatis & Cornis.

Diacatholicon Nicolai.

℞ *Pulpæ Caſsiæ fiſtulæ,*
Pulpæ Tamarindorum,
Senæ mundatæ, ana uncias duas.
Rhabarbari,
Violarum,
Aniſi,
Polypodii, an. unciam unam.
Penidiorum,
Sacchari Candi, an. unc. unã.
Glycyrhizæ,
Sem. Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis an. drach. duas.

Conterenda conterantur, & ſeminũ quatuor majorum nuclei incidantur, poſtea omnia ſimul conficiantur cum ſubſequenti ſyrupo.

℞ *Polypodii uncias tres.*
Sem. Fœniculi drach. ſex.

Fiat decoctio in aqua cœleſti quantum ſufficit, addendo Sacch. optimi libras duas.

* Hoc Medicamentum in crebro uſu habetur, ſed admodum diverſa ratio componendi, in qua tamen plurimum ſitum eſt, apud diverſos autores obſervatur. Cordi deſcriptionem Coudenbergius & alii recte emẽdarunt.

Quamvis vero modus, qui proponitur in Auguſtana pharmacopœia, ſit prę aliis conveniens, voluimus tamen & alterum adjicere minime contemnendum, quem Mantuanum Collegium Medicum præſcripſit, ut apparet ex Italico libro Philippi Coſtæ Anno 1588. Mantuæ impreſſo, qui talis eſt. Accipiatur polypodium recens, & contundatur, idemq́ue fiat de Sem. Aniſi & Glycyrhiza. his adduntur fol. Senæ, & ſimul rurſum omnia hæc in mortario contunduntur, ut arida aliquo modo juventur ab unctuoſis per incerniculum, nec pulveriſanda hæc nimis ſubtiliter, cum medicamentum ſit purgans, non diureticum. Deinde Violæ ſiccæ, Saccharum candidum & Rhabarbarum contundimus, ſingula per ſe, poſtea ſemina quatuor frigida in mortario lapideo cum penidiis minutim miſcemus etiam per incerniculum trajiciendo. Hoc facto ſumuntur polypodii recẽtis non tamen nimis humidi parumq́ue contuſi unciæ tres. Sem. Fœniculi drach. ſex (ob correctionem partium flatulentarum in polypodio) & bulliant in Aquæ ſufficiente quantitate ad conſumtionem tertię partis, poſtea colentur, & cum pauca quantitate huius colati extrahamus pulpam Caſsię & Tamarindorum, ut tamen eorum pondus ſit juſtum ſine humiditate decocti. denique cum reliquo Saccharo paramus Syrupum, admiſcendo in fine coctionis Caſsiam & Tamarindos, & poſt tertiam vel quartam ebullitionem ab igne auferimus, ſemper donec refrigeretur miſcentes. tandem ſemina contuſa cum penidiis, & poſtremo loco paulatim alias ſpecies & Saccharum candidum adjungimus ac omnia bene miſcemus. *

Sapam aliqui addunt, quod reprehendit D. Mercurialis in Conſilio Medico XCVII.

Cõfert acutis & peracutis morbis, emollit, alterat, roburq́ue addit jecinoroſis & ſpleneticis. Vtimur in Quartanis, tertianis & quotidianis, doloribus capitis, arthriticis, nam humores peccantes blande educit.

Electuarium Indum majus Mesuæ.

℞ *Cinamomi,*
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Rosarum,
Cassiæ ligneæ veræ aut succedanei eius,
Macis,
Cyperi rotundi, ana drachm. quatuor.
Santali Citrini drach. duas semis.
Ligni Aloës,
Nucis Moscatæ, ana drach. duas.
Turpeti opt. drachmas quinquaginta.
Sacchari,
Penidiorum, ana drachmas viginti,
Galangæ,
Cardamomi majoris,
minoris,
Asari,
Masticħes, ana drachmam unam semis.
Diacrydii, unciam unam semis.

Omnia terantur & cum oleo Amygdalino dulci fricentur, ac cum sequenti Syrupo conficiantur.

Succi Cidoniorum,
Granatorum,
Apii,
Fœniculi omnium depuratorum, ana libram dimidiam.
Mellis despumati opt. quantum satis.

Vel libras quatuor semis (alii lib. tres, & uncias tres ponunt.)

Decoquantur succi cum melle ad spissitudinem justam secundum artem, & adjiciantur ordine species.

* Quamvis hoc Electuarium majus non sit in crebro usu, & potius sequẽs minus usurpetur, tamen ut sit quasi norma in aliis, accuratam illius compositionem docebimus. Terantur non adeò tenuiter seorsim Turpetum, Agalochum sive lignum Aloës, Santala, Rosæ, Spicæ, Saccharum, Penidia, & Mastiche, sed Diacrydium cum pauco Saccharo, alia autem simul. Trita cribro trajiciantur rariori omnia, sed Turpetum, & Diacrydium præsertim perfricantur manibus oleo Amygdal. dulcium præunctis. Coquuntur cum melle ad justam consistentiam, refrigescentibus alii adduntur pulveres, primum Saccharum, & deinde Penidia, postea Mastiche, & exactè refrigerata compositione tandem etiam Diacrydium aspergitur, tudicula continue agitando universa.

Excrementa humorum, maxime pituitosorum ac putridorum, è ventriculo & aliis nutritioni inservientibus instrumentis educit. Crassos in iis flatus dissolvit, & inde morbos genitos, ut inflationem ventriculi, dolores colicos & renum depellit.

Electuarium Indum minus Mesuæ.

℞ *Turpeti optimi,*
Sacchari, an. drach. centum.
Macis,
Caryophyllorum,

 Piperis,

Piperis,
Zingiberis,
Cinamomi electi,
Cardamomi majoris,
Nucis Moscatæ, ana drach. septem.
Scammonii præparati drach. duodecim.
Mellis opt. despumati, quod satis est.

Eiusdem efficacitatis cum priore. videtur tamen ad purgandam pituitam & bilem flavam, quam majus, esse validius.

Confectio Hamech major Mesuæ.

℞ *Myrobalan. Citrinorum uncias quatuor.*
Chebulorum,
Indorum,
Rhabarbari, an. uncias duas.
Agarici,
Colocynthidis,
Polypodii quercini, an. drach. decem & octo.
Absynthii,
Thymi,
Senæ, an. unciam unam, nonnulli drach. sex.
Violarum drach. quindecim.
Epithymi uncias duas.
Anisi,
Fœniculi,
Rosarum, an. drach. sex.
Succi fumi terræ libr. unam.
Prunorum n°. sexaginta.
Passularum majorum enucleatarum unc. sex.

Infundantur omnia in seri caprini cum coagulo & pauco Oxymelle parati, quantum satis erit ad demergendum omnia, & ponantur in vitro angusti oris bene obturato per quinque dies, vel secundum alios, tres, ne corrumpatur serum. Postea ad ignem ferveant una atque altera ebullitione, deinde colentur, in colatura dissolvantur

Pulpæ Cassiæ unciæ quatuor.
Tamarindorum unciæ quinque.
Mannæ unciæ duæ.

Agitentur simul & adjiciatur

Sacchari albi clarificati libr. una semis.
Scammonii præparati unciæ una & dimidia.

Coquantur simul ad mellis cõsistentiam, deinde aspergantur pulveres

Myrobal. Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum, an. unc. dimidia.
Belliricorum,
Emblicorum,
Rhabarbari,
Sem. Fumi Terræ, an. drachmas tres.

Spicæ

Spicæ Nardi Indicæ,
Anisi,an.drach.duæ.

Confice secundum artem.

* Hoc Medicamentum magna debet cum diligētia parari,cum sit usus eius multiplex, & non frustra à Doctiss.Ioh.Baptista Montano aurea confectio vocetur. Modum autem tradit commodum pharmacopœia Augustana. Præterea Hieron. Mercurialis lib. III. cap. II. de compositione Medicamentorum tanquam exemplum aliorum hoc docte admodum & prolixe examinat, quæ omnia huc transferre nimis esset longum. inprimis vero monet, hanc confectionem ob seri præstantiam tantum vere & autumno esse componendam,quia in æstate hoc nimis facile corrumpitur atque acescit, hieme vero nullum bonum haberi potest. Secundo docet Mannam & Casiam,dum coquantur,quantumvis parum bulliant,amittere semper aliquid virium,præterquam quod fiant gustui ingratiora, & ideo totum Medicamentum reddant insuavius.

Notandum quoq;, ubi Scammonium crudum accipitur,illud commodè posse coqui cum cæteris: sin vero præparatum vel Diacrydium sumatur, tum recte pulveribus ultimo loco addi seorsim, attamen ut summa diligentia misceatur, alioqui sæpe in massa unicà quasi relictum cum detrimento usurpatur, quod in aliis eiusmodi omnibus Medicamentis summopere est animadvertendum.

Myrobalani semper, ubi ad purgantia Medicamenta adhibentur, cum oleo Amygdalorum dulcium, aut violato, antequam contundantur, benè sunt fricandi: Secus verò, ubi astringentibus miscentur. *

Morbis omnibus ex flava bile & pituita salsa natis, ut impetigini, scabiei, Elephantiæ, & Cancro conveniens est. Ac denique omni fœditati cutis à biliosis & adustis humoribus ortæ succurrit. Melancholicis quoque utiliter datur.

Confectio Hamech minor Mesuæ.

℞ *Myrobalanorum nigrorum sive Indorum,*
Chebulorum,
Epithymi, an. drachm.quinquaginta.
Herb.Fumi Terræ,
Absynthii, ana drach. viginti.
Thymi,
Calamenthæ,
Polypodii quercini,
Agarici,
Glycyrhizæ,
Buglossæ, an. drach.decem.
Stœchados Arabicæ,
Chamædryos veræ,
Chamæpyteos, id est, Ivæ Moscatæ,
Bedeguaris,vel Cardui benedicti,vel Spinæ albæ,
Anisi,an.drach. quinque.
Prunorum,
Jujubarum,
Sebesten, ana numero septuaginta.
Passularum enucleatarum libram unam.

Decoquantur in aqua sufficienti usque ad tertias, colentur, & colaturæ addantur defruti sive sapæ lib.duæ.

Mellis despumati libra una.
Scammonii præparati unciæ duæ.

Coquantur lento igne usque ad mellis consistentiam, & deinde fiat, ut artis est, Electuarium.

Hæc

Hæc compositio tanquam minus necessaria (cum prior sufficiat & in usu sit frequentiori) raro solet usurpari.

Purgat Melancholiam & adustos humores, ideo confert Melancholiæ, vertigini, & vitiis cutis, ut psoræ, scabiei, impetigini, & morbo gallico.

Diaphœnicon Mesuæ.

℞ *Dactylorum recentium Citrinorũ ac enucleatorum, tribus diebus in aceto maceratorum, ut tamen prius ponderentur, uncias duas, scrupulos duos.*
Penidiorum in aqua hordei coctorum, unciam unam, scrup. unum.
Amygdal. dulcium mundat. drach. quinque.
Turpeti drach. sex.
Scammonii, id est, Diacrydii drach. duas.
Zingiberis,
Piperis longi,
Foliorum Rutæ,
Cinamomi,
Macis,
Ligni Aloës,
Anisi,
Fœniculi,
Dauci,
Galangæ, ana scrup. unum, grana quinque.
Mellis despumati triplum, hoc est, libram unam, uncias tres, drachmas sex, scrupulum unum ac dimidium.

Fiat secundum Artem Electuarium.

Notandum diligenter, ne cui ponderum varietas imponat, Mesuem, & hunc plures secutos, ponere integram dosin compositionis: Augustanam verò pharmacopœiam illius dimidium: Cordum autem saltem eius tertiam partẽ: forsitan eam ob caussam, quod in majori copia paratũ facile corrumpatur.

Febribus diuturnis & compositis auxiliatur, bilem & pituitam educens. Colicis cruciatibus plurimum confert, item doloribus ventriculi & aliis morbis ex crudis humoribus ortum ducentibus.

Diaphœnicon in forma solida.

℞ *Dactylorum infusorum in aceto, vel vino aut hydromelite tribus diebus ac noctibus n°. sex.*
Sem. Ligustici drach. duas.
Nucleorum Pineorum,
Amygdal. dulcium, an. drac. quindecim.
Turpeti drach. duodecim.
Diacrydii drachm. undecim.
Sacchari candidi, unc. duas.
Piperis longi,
Zingiberis,
Foliorum Rutæ,
Cinamomi,
Macis,
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Dauci,
Galangæ,

Ligni

Ligni Aloës, ana drachmam unam.

Sacchari lib. unam.

Fiat Confectio in Rotulis secundum artem.

Ista Confectio solida Diaphœnicon plærisque Medicis est in usu.

* Monendi tamen pharmacopœi sunt, ut studeant æqualiter, quantum fieri potest, pulveres miscere, alioqui purgantia, sæpenumero in unam massam collecta, non leve damnum intulisse compertum est. *

Diasenæ Nicolai.

℞ *Senæ uncias tres.*

Avellanarum tostarum n°. quinquaginta.

Serici tosti drach. duas.

Lapidis Armeni loti drach. unam.

Lapidis Lazuli loti drachmas tres.

Sacchari uncias sex.

Cinamomi unciam unam.

Caryophyllorum,

Galangæ,

Piperis,

Spicæ Nardi Indicæ,

Ocimi,

Foliorum Caryophyllorum vel folii aut Macis,

Cardamomi,

Croci,

Zingiberis,

Zedoariæ,

Florum Rorismarini,

Piperis longi, an. drach. duas.

Mellis despumati, quod satis est, id est, libras duas.

LAPIS *Armenus est similis Lapidi Cyaneo sive Lazuli, non adeo tamen cæruleus, sed magis viridis.*

* Reperitur similis lapis in quibusdam fodinis metallicis, an vero idem sit cum Armeno proprie dicto nonnihil adhuc dubitatur, quare eius loco tantumdem Lapidis Lazuli potest assumi. Lotionem vero utriusque peculiarem habemus infra in præparationibus simplicium. *

Succurrit Melancholicis, maniacis, quartanariis, tristiciaque affectis, spleneticis & aliis morbis ex atra bile ortis.

Benedicta Laxativa Nicolai.

℞ *Turpeti electi,*

Sacchari, an. drach. decem.

Diagrydii,

Corticum radic. Esulæ præparat.

Hermodactilor. non perforatorum carie,

Rosarum rub. absque unguibus, an. drach. quinque.

Caryophyllorum,

Spicæ Nardi Indicæ,

Zingiberis,

Croci, Saxifragiæ,

Piperis longi,

Amomi vel Calam. Aromat.

Cardamomi minoris,

Sem. Apii,

Petroselini,

Carui,

Fœniculi,

Asparagi,
Rusci,
Milii Solis,
Salis Gemmei,
Galangæ,
Macis, an. drach. unam.
Mellis despumati opt. quantum sufficit, sive libram unam, uncias quinque, drachmas quinque.

Confice secundum artem.

*Antidotarium Romanum, Mantuanum, Florentinum, Bononiense, & alii habent Esulæ drachmas decem. Quidam ex illis addunt Ammios & Polypodii drachmam unam. In multis quoque tantumdem lapidis lyncis adjicitur, quem tamen ut fabulosum probatiores autores rejiciunt, & si omnino sit addendus, pro eo lyncurii, id est, succini drachmam sumendam esse putant. *

Et quia semina Rusci & Asparagi sunt duriora & sine pulpa, eorum loco commodius radices substitui videntur, quod & Augustani observarunt.

Humores pituitosos potiss. ad articulos decumbentes, elicit. A renibus quoque & vesica purgat.

Electuarium Elescoph sive Episcopi Mesuæ.

℞ *Scammonii Antiocheni vel Diacrydii,*
Turpeti opt. an. drach. sex.
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis,
Myrobal. Emblicor.
Nucis Muscatæ,
Polypodii, an. drachmas duas cum dimidia.
Sacchari uncias sex.
Mellis despumati triplum, id est, uncias decē drachmam unam.

* In Italia ferme universa magis pulvis huius Medicamenti cum successu, quam Electuarium exhibetur. Major etiam pars eorum, qui de compositione Medicamentorū scripsere, accipit uncias sex, non drachmas sex Sacchari, quamvis Cordus, & eius commentator Coudenbergius sex drachmas tantum ponant. *

Bilem flavam & pituitam educit, flatus expellit, articulorum, colicis & lateris doloribus confert, ad renes etiam & vesicam decumbentes humores expurgat.

Electuarium de Psyllio Mesuæ.

℞ *Succi Buglossi domestici,*
Agrestis,
Endiviæ,
Apii, an. libras duas.
Fumariæ uncias tres.

Omnium coctorum & bene despumatorum, in quibus macerētur per viginti quatuor horas subsequentia:

℞ *Cuscutæ,*
Anisi,
Senæ,
Asari, an. unciam dimidiam.
Capilli Veneris manipulum unum.
Spicæ Nardi Indicæ drachmas duas.

Bulliant aliquantulum, adjiciendo
Violarum uncias tres.
Epithymi uncias duas.

Hæc

Hæc postquam modicè bullierint colentur, & colaturæ injiciantur

Psyllii seminis integri, & non vetusti, unciæ tres.

Sacchari libræ duæ semis.

Macerentur rursum per viginti quatuor horas, agitando, deinde sumantur

Mucilaginis è psyllio lib. tres.

Diacrydii sive Scammonii præpar. unciæ tres semis.

Coquantur lento igne ad perfectionem, addendo pulveres

Trochiscorum Diarhodon,

de Spodio,

Rhabarb. electi, an. unciam unam.

Trochiscorum de Berberis, unciam dimidiam.

Confice secundum artem.

Per Buglossum domesticum potest intelligi Borrago, vel magnum istud Italicum Buglossum.

* Cum major pars probatorum autorum sumat Rhabarbarum, & non Trochiscos illius, quamvis forsitan illi quoque non rejiciendi (expresse enim in Mesue legitur Ravedseni, & non de Ravedseni) illud nos quoque cum Cordo retinuimus, de quo disputat prolixius, in suo Antidotario, Philippus Costa Mantuanus. Qui etiam utiliter monet, quando jam cœpit refrigerari Electuarium, tum demum Scammonium præparatum mediocriter tritum esse adjiciendum, & quàm optime cum aliis miscendum.

Alii, quos Augustani imitantur, huius loco usurpant Electuarium de Psyllio à Montagnana descriptum, & ad eundem finem (nonnullis mutatis simplicibus) compositum, nec alteri postponendum. *

Flavam bilem educit, febribus ardentibus & curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis & vertigini à biliosorum humorum evaporationibus ortis, morbo regio, & epati nimium calefacto confert.

Electuarium Rosatum Mesuæ.

℞ *Succi Rosarum rubrarum perfectè expansarum depurati & clari, libras quatuor.*

Sacchari Tabarzet, id est, albi, libram unam semis.

Mannæ puræ & recentis uncias sex.

Scammonii Antiocheni sive Diacrydii, unciam unam semis.

Coquantur sensim ad ignem molliusculũ ad mellis consistentiam, deinde inspergantur

Trochiscorum de Berberis drach. quatuor.

Trochiscorũ de Spodio unc. u-

Galliæ Moscatæ veræ, (na.

Croci, an. drach. duæ.

Reponatur in vase vitreo.

Est Cholagogum clemens, ob id salubre affectibus biliosis, Arthritidi calidæ, & Cephalalgiæ, vertigini, oculorum dolori, ictero.

Electuarium de Succo Rosarum Nicolai Alexandrini.

℞ *Succi rosarum rubear.*

Sacchari albiß. ana libram unam, uncias quatuor.
Diacrydii unciam unã semis.
Santali rubei,
albi,
citrini, an. drach. sex.
Spodii ex Ebore drach. tres.
Caphuræ scrup. unum.

Succus rosarum cum Sacharo ad justam consistentiam coquatur, deinde tritæ species adjiciantur.

Hæc compositio etiam parari solet in forma solida.

Succus Rosarum cum Saccharo, ut artis est, in Syrupũ coquitur, deinde simul terũtur tria Santala, & quia ob duritiem longam sustinẽt pulverisationem, aspergitur illis, ne scilicet exhalent, parum de succo rosarũ. Reliqua seorsim pulverisantur. Prius tamen quàm Caphura teratur, in subtiles partes debet dividi cũ frusto quopiam vitri, & in mortario prius contundantur duo amygdala, ne adhæreat, & facilius in pulverem redigatur, quod ubiq; debet observari. Diacrydiũ quoque, quod ultimo loco miscetur, prius uncto mortario, mediocriter teratur.

Expurgat flavam bilem citra molestiam, ad morbos articulorum, ex biliosis & calidis humoribus ortos, & febribus tertianis confert. Convalescentes ex quotidiana & tertiana evacuat utiliter, & pravorum humorum reliquias educit.

Diaturbith cum Rhabarbaro Montagnanæ.

℞ *Turpeti optimi,*
Harmodactylorum, ana unciam unam.
Rhabarbari drach. decem.
Diacrydii drach. quatuor.
Santali albi,
rubri,
Violarum,
Zingiberis, ana drachmam unam semis.
Masticbes,
Anisi,
Cinamomi,
Croci, an. drach. mediam.
Sacchari albiß. triplum, hoc est, libram unam, uncias duas, & drach. duas.

Potest fieri in liquida & solida forma.

Est Cholagogum, phlegmagogum, & Melanogogum. Ad vermes quoque remedium est conveniens: & hydropicis utiliter exhibetur.

Diaturbith majus.

℞ *Turpeti optimi unc. unam.*
Diacrydii,
Zingiberis, ana drachmas quatuor.
Cinamomi,

Caryophyllorum, an. drachmas duas.
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, an. drach. unam.
Sacchari albiß. unc. octo, drachmas quinque.

Educit phlegmaticos humores, purgat & calefacit.

Diaturbith minus Zizaris ex Mesua in capite de Turbith.

℞ *Turpeti albi & gummosi drach. decem.*
Zingiberis drach. quinque.
Masticbes drach. tres.
Sacchari albiß. uncias sex, drachmas sex.

Leniter purgat phlegma ex ventriculo.

Diacartamum Arnoldi de Villa nova.

℞ *Specierum Diatragacanthi frigidi unc. dimidiam.*
Pulpæ Cidoniorum unciam unam.
Medullæ seminis Cartami drach. quatuor.
Zingiberis albi drach. duas.
Diacrydii drach. tres.
Turpeti albi drach. sex.
Mannæ granatæ drachmas duas.
Mellis rosati colati,
Sacchari Candi, an. unc. unã.
Hermodactylorum unciam dimidiam.
Sacchari albißimi quantum satis est, id est, uncias decem semis.

Fiat Electuarium in liquida forma.

Cum autem species reservare volueris, mel rosatum non convenit addere.

* Quod si in forma solida parare placuerit, cum Saccharo quantitatis sufficientis, ut artis est, conficiatur.

Est & alia, præsertim in Italia, in tabulis usitata, ab hac ponderibus differens nonnihil, cuius autor est Nicolaus Florentinus, quem Georgius Melichius & alii sequuntur. *

Notandum etiam, Petrum Coudenbergium in Cordo suo emendato Mannæ duas uncias sumere, quem tamen pauci alii imitantur.

Evacuat flavam bilem & pituitam, & ad morbos ex his mixtos convenit, in podagra, paralysi & cephalalgia.

Hiera Picra vel ex Aloë simplex Galeni.

℞ *Cinamomi,*
Xylobalsami vel ligni Aloës,
Asari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Masticbes Chiæ, ana drachmas sex.
Aloës non lotæ drachm. centum, id est, uncias duodecim & semis.
Mellis despumati quantum sufficit, vel lib. quatuor, uncias tres.

Cum hæc confectio magis corroborans, quàm purgans esse debet, tum Aloë lota addenda est, unde Galenus monet, expedire dupliciter, ex aloë lota & non lota paratam esse in promtu.

* Magni usus hoc est Medicamentum apud omnes Medicos, non tamen eodem modo componitur, cum à veteribus quoque varie pararetur, ut apparet ex Galeno VII. Method. medendi cap. IX. item lib. II. de tuenda valetudine cap. X. in quibus locis descriptionem, quam Cordus habet, exponit, & dicit ubique Romæ fuisse suo tempore talem in usu. Libro vero II. de compos. Medicam. secundum loca cap. I. ubi tractat de his quibus ex ventriculo caput dolet, ait idem Galenus optimam compositionem esse, quæ ex Aloës drachmis nonaginta, croci quinque, cæteris vero sex constet, qua ipse semper utatur. atque hanc nunc etiam Romani & alii plurimi in Italia retinēt. De quibus omnibus plura apud Gal. sicuti etiam VIII. de Compos. Med. secundum loca cap. II. & III. unusquisque legere poterit.

Multi libras quatuor vel tres pro una libra specierum, & si validior esse debet, pro dimidia adjiciunt. Et quamvis alioqui sit communis Regula, quod in Medicamentis facultate purgandi præditis species non nimis subtiliter oporteat teri, in Hieris tamen id non habet locum, cum ipsarum subtilis vis debeat adjuvare Aloën, quo facilius per angustas & longinquas vias corporis possit penetrare, quod Gal. quoque VIII. de Com. Medicamentorum secundum loca in fine capitis tertii monet, ubi de Hiera Themisonis agit. Observandum etiam diligenter, in componendis Hieris species non esse injiciendas melli despumato (cui ad majorem roborationem non pauci pharmacopœi periti utiliter aliquot guttas generosi vini inter despumandum solent injicere) nisi ab igne fuerit remotum, & jam incipiat nonnihil refrigerari, alioqui sæpe Aloë instar picis navalis indurescit. *

Contra biliosos, putres & corruptos humores, qui os ventriculi insederunt, remedio est; tum iis, quorum oculis objectæ culicum aut pilorum imagines obversantur: alvi excrementa mediocriter movet, ad jecur usque progrediens. Lædit autem hosce qui intemperie sicca ventriculi laborant, & Epar habent nimis calidum.

Hiera Picra cum Agarico.

℞ *Specierum Hieræ simpl. sine Aloë,*
Agarici Trochiscati, an. unciam dimidiam.
Aloës non lotæ unciā unam.
Mellis despumati uncias sex.

Habet easdem vires cum priore, nisi quod pituitam quoque expurget.

Hiera Picra composita Nicolai.

℞ *Cinamomi,*
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Schœnanthi,
Asari,
Xylocassiæ,
Xylobalsami vel ligni Aloës,
Carpobalsami vel Cubebarū aut Granorum Juniperi,
Violarum,
Absynthii,
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,
Turpeti,
Colocynthidis,
Masticհes, an. scrup. duos.
Aloës non lotæ drach. decem, scrup. duos.
Mellis despumati unc. octo.

Vocatur hæc Hiera quoque magna, & pro clysteribus.

Facit ad diversas capitis & aurium ac oculorum intemperies, ventriculum purgat,

purgat, morbos Epatis emendat, splenis duritiem mollit & extenuat. Renibus & Vesicæ & uteri vitiis succurrit.

In nonnullis locis pilulas inde conficiunt adjungentes scrupulos quatuor Diacrydii.

Hiera Logadii Nicolai præpos. quæ est Myrepsi secunda.

℞ *Pulpæ Colocynthidis,*
Polypodii, an. drach. duas.
Euphorbii,
Polii montani minoris,
Coccognidii, an. drachmam unam semis, grana sex.
Absynthii,
Myrrhæ Troglodyticæ, ana drach. unam, grana quatuordecim.
Centaurii minoris,
Agarici,
Ammoniaci,
Folii aut Macis vel Tembul folii,
Spicæ Nardi Indicæ,
Scyllæ assatæ,
Diacrydii, an. drach. unam.
Aloës,
Comarum Thymi,
Cassiæ ligneæ,
Chamædryos,
Bdellii,
Prasii sive Marrubii, ana scrup. unũ gran. duodecim.
Cinamomi,
Opopanacis,
Castorii,
Aristolochiæ longæ,
Piperis albi,
nigri,
longi,
Croci,
Petroselini Macedonici,
Sagapeni, an. drach. mediam.
Hellebori nigri,
albi, an. grana sex.
Mellis despumati triplum, hoc est, uncias decem.

Quædam exemplaria habent Colocynthidis uncias duas, sed maximo errore. Nos itaque veram compositionem Nicolai Alexandrini sequimur, qui ponit hanc proportionem.

* Bergomense Collegium pro Colocynthide accipit Trochiscos Alhaadali. *

Coccognidii debent esse drachma una semis & grana duodecim, si Alexandrinum Nicolaum sequi voluerimus impressum, qui habet drachmas septemdecim, & hæc compositio continet decimam partem Nicolai, itaque si drachma una semis & grana duodecim multiplicãtur per decem, erunt drachmæ septem & decem.

THYMAELEAE *jam semina commodiss. possumus habere ex Italia, sicuti quoque Chamæleæ, quarum plantæ quoque in quibusdam hortis in Germania virescunt non solum, sed etiam semina matura proferunt.*

In eius tamen penuria, secundum pharmacopœiam C L. D. Occonis Augustanam, atque ex sententia D. Gesneri, Laureolę germanicæ semina accipere possumus.

In fine Marrubii addidimus scrupulum unum grana duodecim, non duos ex omnium aliorum sententia, idque secundum Nicolaum Myrepsum.

In Italia & alibi in crebriore usu est Hiera Logadii Aëtii, cuius meminit lib. 3. cap. 116. Eius Brasavola & alii descriptionem habent. *

Ad morbos Epilepticos, Melancholicos, Cephalalgicos, hemicranicos, vertiginosos & convulsos prodest, paralyticis & tremulis subvenit, itemque Epaticis, spleneticis, arthriticis, ischiadicis & similibus diuturnis

nis vitiis: Menses potenter movet. Venena & venenatos morsus sanat, & in principio ad lepram utiliter exhibetur. Ter in mense sumitur à drachmis duabus, ad tres vel quatuor ad summum, cum mulsæ cyathis tribus & cochleari uno salis.

Hiera Pachii Nicolai Alexandr.

℞ *Stœchadis,*
Marrubii,
Chamædryos,
Agarici,
Colocynthidis, an. drachm. decem,
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroselini,
Mali terræ, id est, Aristolochiæ rotundæ,
Piperis albi, ana drachmas quinque.
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polii,
Croci. an. drach. quatuor.
Mellis despumati triplum, id est, lib. duas, uncias undecim & drach. quinque.

Arida omnia in tenuiss. pulverem terantur: liquores verò Opopanax & Sagapenum selectum in mortario tundantur, deinde in eodem ferventi cum melle despumato adhuc calido misceantur, ac reliquis bene pulverisatis adjungantur. Cum vero mel ad dissolvendos hos liquores accipiatur, de supra commemorata quãtitate sumatur, nihil ulterius addendo.

Scribonius Largus in libro de composit. Medicamentorum mirum in modum effert huius Hieræ vires, quemadmodum etiam Marcellus: itaque non abs re fuerit tuto ea uti, cum & nos eius efficaciam sæpe experti simus. Parum ab hac diversa est, quam Aetius sub nomine Antiochi describit.

Sanat morbo comitiali correptos, furiosos, vertigine affectos, & cephalalgicos. Ad tetanum & cynicum spasmum, præcipue vero pectoris & lateris doloribus confert, nec non Articulari morbo & ischiadicis: duritiem in mammis mulierum cum dolore existentem lenit, stomachicis plurimum prodest, sicuti quoque illis quibus in ventriculo cibus acescit, & nauseabundi semper sunt. Maxime autem Melancholicis benefacit.

Catharticum Imperiale Nicolai Alexandrini.

℞ *Diacrydii,*
Sacchari, an. unc. unam.
Cinamomi,
Nardi,
Saxifragiæ,
Polypodii, an. unciam dimidiam.
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Spicæ Celticæ,
Piperis nigri,
longi,

Carda-

Cardamomi,
Amomi vel eius loco Calami Aromatici vulgaris, an. drach. tres.
Mellis despumati libram unam, uncias quatuor, drach. sex.

SAXIFRAGIA, quam Græci describunt, mediam habet figuram & magnitudinem inter Pulegium & Thymum. Germanicè vocatur Steinpoley.

Caput opt. purgat, è stomacho & universo corpore utramq; bilem educit.

APPENDIX.

Electuarium purgans de Citrio Pomo.

℞ *Cort. Citrii pomi condit.*
Conser. Borag.
Buglossæ,
Violarum, an. drach. quinque.
Specierum Diatragacanth. frig.
Diacrydii, ana unciam dimidiam.
Turpeti opt. drach. sex.
Sacchari albi libram unam in aquis Cordialibus destillatis dissoluti.

Fiat Electuarium.

*Hoc plurimum utuntur in Gallia, sed in confectione solida, ut Rondeletius in sua pharmacopœia indicat, estq; desumtum à Guidone de Cauliaco, qui illud describit Tract. VII. de purgatione, & dicit omnes humores evacuare, addit autem folia Senæ, ac tabellas inde conficit tales. *

Morselli Laxativi.

℞ *Conservæ Violarum,*
Boraginis,
Buglossi an. drachmas duas.
Cortic. Citri drach. unam.
Zingiberis scrup. unam semis.
Spec. Diatragac. frig. drachmas duas.
Diacrydii drachmas sex.
Fol. Senæ,
Turpeti, ana unciam semis.
Croci scrupul. unum.
Sacchari albiss. libram unam, alii sumunt uncias octo.

Fiant morselli.

Zingiber purgans.

℞ *Zingiberis drach. duas.*
Cinamomi,
Caryophyllorum, ana drachmam unam.
Nucis Moscatæ,
Galangæ, an. scrup. unum.
Croci grana quatuordecim.
Turpeti scrupul. unum semis.
Diacrydii drach. tres.
Sacchari unc. quatuor.

Fiat confectio in Morsulis.

Purgat bilem inprimis & pituitam. Sed caute hoc purgante utendum.

Rotulæ purgantes pro pueris.

℞ *Spec. Diamoschi,*

Diambræ,
Aromat. R.
Diarhodon, an. scru. unũ.
Rhabarbari opt. drac. unam.
Pulv. Senæ præparat. drachmas duas.
Diacrydii drachmam unam, grana quindecim.
Sacchari albiß. dissol. in aqua Cinamomi vilioris & fœniculi, uncias quatuor.
Fiant Rotulæ.

Diasarum Fernelii.

℞ *Syr. de Mentha,*
Violarum, ana uncias quatuor.
Coquantur ad mellis crassitiem. sub finem amoto igne inspergantur
Radic. Peponis aridarum,
Sem. Raphani,
Urticæ, maceratorum in aqua rosarum & rursum arefactorũ ac tritorum, an. uncia dimidia.
Radic. Asari contrit. & per cribrum excretarum uncia una.
Cinamomi,
Sem. Fœniculi, ana drachma una semis.
Fiat Electuarium liquidum.
Dantur drachmæ tres ex aqua hordei, vel mulsa, aut sero lactis.

Omnis generis humores circa ventriculum & præcordia exuperantes vomitione ducit, non continuato, sed ex intervallis facto impetu, ut senibus quoque & aliis imbecillibus corporibus non obsit. Hoc Medicamentum sicuti & sequens (cum ad tales affectus in aliis editis libris peculiaria remedia non habeantur) non absque ratione hic inserere placuit.

Hydragogum minus eiusdem.

℞ *Succi rosarum pallidarum libr. dimidiam.*
Sacchari albi,
Mellis opt. an. uncias quindecim.
Coquantur dum despumata fuerint & crassescant, deinde addatur succi radicis Ebuli libra una.
Prasii sicci,
Sem. Fœniculi tritorum, ana drach. duæ.
Acinorum Ebuli,
Sambuci, ana drach. duæ.
Cinamomi drach. sex.
Macis,
Galangæ, an. drach. tres.
Igne lento percoquantur ad mellis crassitiem. Datur ex sero lactis aut decocto hordei aut uvarum passarum. Efficacius redditur adjecta Elaterii uncia dimidia, aut radicis Cucumeris agrestis arefactæ ac tritæ, drach. sex, aut

aut ſucci radic. Iridis noſtratis libra dimidia, ſed hoc ſine Medici conſilio non debet fieri.

Aquas hydropicorum clementer & citra offenſionem educit, pueris, ſenibus imbecillis atque etiam prægnanti non contrarium, ſi absque additione jam commemorata paretur, ſive febris ulla ſit ſive nulla. Alterum majus & potentius ex Laureola hic omiſimus cõſulto, quod apud ipſum autorem eſt videre, ne nimia copia Medicamentorum lectorem oneremus.

Confectio de Rhabarb. D. Ioann. Cratonis.

℞ *Extracti Rhabar. ſelecti drac. unam.*
Pul. Rhabar. drachmas duas.
Succi Roſar. pallidarum drachmas duas.
Sacchari in aqua roſar. & Cinamomi diſſoluti, uncias quatuor.

Fiant Morſuli vel tabellæ ad pondus drachmarum duarum vel trium.

Lene eſt Medicamentum, nec ingratum, potiſs. bilem & tenues humores, nonnihil tamen pituitæ quoq; educens. Non autem absque ſententia Medici, quo validius purget, quicquam eſt addendum.

Paſſulæ purgantes cum Rhabarb.

℞ *Rhabar. opt. unciam unam.*
Spicæ Indicæ ſcrup. duos.
Cinamomi ſcrup. quatuor.

Inciſa infundãtur in vino Tergeſtino vel alio dulci recenti, quantum ſatis fuerit. Facta una atque altera ebullitione, & Sacch. pauco, ut dulceſcat, addito, cum hac irrorentur paſſularum unciȩ octo, donec ad cõſiſtentiam perveniant in loco calido ſecundum artem.

Aliæ cum foliis Senæ.

℞ *Fol. Senæ mundat. absque ſtipitibus unc. tres.*
Rad. Mechoacanæ opt. unc. dimidiam.
Turpeti veri drach. tres.
Zingiberis drach. unam.
Schœnanthi ſcrup. unũ ſemis.
Cinamomi opt. ſcrupul. duos.

Inciſa omnia infundantur in vini dulcis recent. quantitate ſufficiente, & facta expreſſione cum Saccharo clarificato dulceſcat, irrorẽtur cum ea infuſione paſſularum unciæ octo & ex arte parentur.

Quidam addunt Polypodium, & Tartarum præparat. atque etiam interdum Hellebori nigri parum, quod ex conſilio Medici fieri debet.

Electuarium ſuaviter purgans.

℞ *Paſſular. minorum mundatar. unc. quatuor.*

Majorum, quas Cibebas vocant, sine acinis, uncias tres.

Decocti Senæ libram unam.

Bulliant parū & per cribrum trajiciantur, expresso addantur

Mannæ Calabrensis unciæ duæ.

Sacchari unc. una semis.

Specier. Cordial. temperat. uncia dimid.

Pul. Senæ mund. drachm. decem.

Fiat Electuarium molle.

Simile fermè huic est, quo Alexander Petronius Romæ celeberrimus Medicus cum magna laude utebatur, atque ideo Alexdrinum vocabatur.

℞ *Polypodii quer. recent.*

Fol. Senæ mundat. ana uncias tres.

Rad. Althææ uncias duas.

Semin. Anisi drach. duas.

Coriandri præpar. scrupulos duos.

Fiat decoctio secūdum artem in aqua cōmuni ad libram unam plus minus, posteà colētur cum levi expressione. Colaturæ addantur pulpę Cibebarum prius coctarum in vino Malvatico vel Tergestino & per setaceum transmissarum lib. media.

Sacchari albi unciæ duæ.

Posteà coquantur ad cōsistentiam convenientem.

Humores biliosos & adustos in febribus, præsertim intermittentibus, & nonnunquam etiam continuis, sine molestia educit, pueris quoq; & gravidis tutum.

PILVLÆ.

Pilulæ Alephanginæ sive Aromaticæ, Mesuæ.

℞ *Cinamomi,*
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Calami Aromatici,
Macis,
Nucis Muscatæ,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Asari,
Mastiches,
Schœnanthi,
Spicæ Indicæ,
Carpobalsami aut succedanei eius,

eius, ana unciam unam.

Absynthii,

Rosarum, an. drach. quinque.

Conterantur in crassum pulverem, & infundantur in aquæ libr. duodecim, ac coquantur duplici vase ad cõsumtionem duarum partium, id est, ut remaneat tertia pars. Deinde exprimantur validè & colẽtur, in colaturæ libris duabus dissolvatur Aloës succotorinæ multoties in vitreo vase lotę aqua pluviali & iterum siccatæ libra una. Agitentur simul continuè in sole, deinde addãtur pulverum Myrrhę, Mastiches, an. drachm. quinque. Croci drach. tres. Postea quod reliquum est colati decocti ex aromatib. etiam affundito, & exiccẽtur ad Solem vel in loco calido, admiscendo subinde, quod densatum est, liquido, & linteo puro vas obtegatur, adversus incidẽtium muscarum & sordium injurias. Vltimo reponatur massa, & fiant pilulæ, quando necessitas requirit.

Pilulæ hæ compositæ sunt à Mesue, ut corroborent potius ventriculum & cerebrum, quam ut alvum ducant. Propterea Aloën toties lotam requirit, & nullum purgans Medicamentum eis admiscet, sed tantum roborantia, nisi quis solum asarum excipiendum putet. Sunt autem istæ pilulæ ubique in frequenti usu, sed raro, ut decebat, parantur, nam detrahunt ponderi & numero Aloës, quidam etiam impuriss. Aloën admiscẽt, aut ipsius etiam Aloës sordes. Porro miror cur Mesue ut decoquantur aromata jubeat, cum tamen omnia aromata tenuiss. constent viribus, quæ facile inter decoquendum resolvuntur, adeo etiam, ut deinde ipsum decoctum vel colatura prorsus non sapiat aromata incocta. Sed quia ita præparari hanc massam voluit Mesue, illud non immutabimus.

Nonnulli Confectioni huius massæ pilularum Alephanginarum consulentes, dimidiam aromatum partem cum aqua decoquunt, & Aloën in colatura dissolvunt, alteram vero partem aromatum in minutiss. pulverem redactam inter exiccandum Massæ admiscent, non absurda admodum ratione, si aromata decoctionem sustinerent.

* Variant, ut dictum est, in compositione harum pilularum autores, nec rejiciendus modus quem Augustæ observant. Qui vero diligentiss. examen harum pilularum requirit, legat commentarios Ioannis Costæ in Mesuen, & librum III. cap. X. de compositione Medicamentorum Hieronymi Mercurialis, qui ostendit, Mesuen paucis mutatis hoc Medicamentum esse mutuatum à Lampone Pelusiota, ut apparet ex Galeno lib. VIII. de compos. secundum loca cap. II. Parari autem debent Mense Iunio & Iulio, quo tempore & alia eiusmodi multa conficiuntur, ob simplicium copiam quæ eo tempore commodissime haberi possunt. *

Ventriculum, cerebrum, & instrumenta sensibus destinata, à crassis, putribus & pituitosis humoribus purgant, & inde natum dolorem dissipant, ventriculum roborant & coctionem juvant.

Pilulæ Alephanginæ Valerii Cordi.

℞ *Quinque generum Myrobalanorum an. unc. unam.*

Acori veri, id est, calami aromatici,

Galangæ,

Zedoariæ,

Doronici Romani,
Rad. Asari,
Corticum rad. Dictamni, nostri sive fraxinellæ,
Absynthii,
Rosarum, an. unciã mediam.

Contundantur omnia crassiusculè, & Myrobalani per se macerentur prius in aquę clariss. fontanæ libris quatuor per horas viginti quatuor, deinde coquantur, donec ferè tertia pars aquæ sit in vaporẽ resoluta, postea coque etiam radices & aromata lento igne in duplici vase cum aquæ clarissimæ libris sex, & affundantur illis antè cocti Myrobalani cũ suo jusculo. ultimo rosas adjiciendo coquantur ad tertias, coletur postea fortiter exprimendo, hinc in colatura dissolvantur

Aloës opt. lotæ & rursum siccatæ libræ tres.

Ponantur omnia in vitrea patina ad solem aut in locum calidiorem, & agitentur sępiss. ut concrescens in margine Aloë liquidis commisceatur. Cum vero mellis consistentiam fuerint consecuta, tunc addantur sequentium specierum pulveres minutiss. triti.

℞ Galangæ,
Cyperi,
Zedoariæ,
Doronici,
Ligni Aloës,
Cinamomi,
Schœnanthus,
Nardi Celticæ radicularum,
Nucis Moscatæ,
Macis,
Cubebarum,
Cardamomi,
Caryophyllorum, an. unciam mediam.
Mastiches,
Succini vel Carabæ, an. drach. sex.
Myrrhæ,
Croci, an. unc. dimidiam.

Agitentur opt. cum Aloë species & fiat massa cum diligentia.

Myrobalani omnes hoc pondus debent habere exemtis nucleis.

PILVLAE istæ Alephanginæ sunt efficaces, immo efficaciores prioribus, relinquimus tamen unicuique arbitrium liberum, alterutram vel utramque componendi.

Pilulę Assairet Avicennæ Fen. I. lib. III. cap XXIX.

℞ Specier. Hieræ Picræ Galeni, unciam unam.
Mastiches,
Myrobalanorum citrinor. ana unc. mediam.

Aloës optimæ uncias duas.
Syrupi de Stœchade, aut aqua Majoranæ, quãtum satis sit.
Fiat Massa.

Pilulæ in quibus est Aloë, & quæ miscentur cum Syrupis aut melle, ut in his & aliquot sequentibus, videntur nunquam recte siccari, atque pondere variari, succi itaque & aquæ appropriatæ melius hîc competunt.

Mantuæ & alibi sæpe duæ unciæ Agarici adduntur, ac vocantur pilulæ Assaireticæ cum Agarico.

Bilem flavam & pituitam evacuant, quæ ventriculum gravant, ac ideo capitis affectibus à ventriculo ortis prosunt, nec non in subtilibus catarrhis.

Pilulæ Arabicę Nicolai.

℞ *Aloës opt. uncias quatuor.*
Rad. Bryoniæ,
Myrobalanorum quinque generum,
Masticches,
Diacrydii,
Asari,
Rosarum, ana unciam unam.
Castorii drach. tres.
Croci drach. unam.
Succi Fœniculi vel Absynthii quantum satis fuerit.
Fiat Massa.

* Consultius esset, ut tantum dimidia illarum pars conficeretur, ut eo permanerent recentiores, quod ab aliis observari videmus. *

Valent contra capitis dolorem, vertiginem, hemicraniam, mentis vigorem adjuvant, visum acuunt & auditum confirmant, ac ventriculum à vitiosis humoribus purgant.

Pilulæ Arthriticæ Nicolai.

℞ *Hermodactylorum,*
Turpeti,
Agarici, ana unc. mediam.
Cassiæ ligneæ veræ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caryophyllorum,
Xylobalsami vel Ligni Aloës,
Carpobalsami vel Cubebarum,
Zingiberis,
Masticches,
Fœniculi,
Anisi,
Saxifragiæ,
Sem. Asparagi, Rusci,
Rosarum,
Granorum solis, id est, Milii solis,
Salis Gemmei, an. drachmam dimidiam.
Aloës optimæ ad pondus omnium,
Succi fœniculi vel ivæ aut eius Syrupi quantum satis sit.
Fiat Massa.

Notandum, ex Asparagi & Rusci seminibus tantum pulpam illam carnosam accipi debere, non illa ossea semina nullius momenti, quod ubique observandum.

*Hanc compositionem plurimi in Italia & Germania sequuntur: Aliqui tamen addunt Galangæ, Macis, Asari aut asæ fœtidæ, an. drachmam dimidiam, & præterea Diacrydii drach. quatuor, & secũdum Augustanos in hoc pondere duplo posset add

unci

uncia una. Quibus solus (nescio quam ob caussam) Petrus Coudenbergius in suo emendato Cordi libro adjicit Colocynthidos quoque drachmam dimidiam. Sunt autem hæ pilulæ non adeo in usu multo.*

Vtimur in podagricis, aliisque articulorum doloribus à frigidis, crassis & pituitosis humoribus ortis.

Pilulæ de Agarico Mesuæ.

℞ *Agarici drach. tres.*
Iridis,
Praßii, an. drach. unam.
Turpeti drach. quinque.
Hieræ picræ unc. dimidiam.
Colocynthidis,
Sarcocollæ, an. drach. duas.
Myrrhæ drach. unam.
Sapæ, quantum sufficit.

Consulerem ut Hiera picra nondum melle commista acciperetur, hoc est, species eius Aromaticæ cum Aloë tantum mistæ. intelligenda autem est Hiera picra simplex Galeni. Sapa, id est, mustum optimum ad tertias decoctum.

* Romani Medici & alii suadent pul. Hieræ picræ esse accipiendos, quos sub Galeni nomine describit Mesue, non quos ipsemet Galenus ponit, idque observari volunt in cæteris pilularum Mesuæ descriptionibus.

Agaricum quoque trochiscatum hic & alibi multi docti viri accipiunt ad pilulas, & pro Colocynthide, Trochiscos Alhandali.

Mastichen, quia neque Mesue nec alii habent, omisimus. *

Purgant thoracem pituita crassa & putri refertum, asthmaticis, antiquæ tussi aliisque similibus vitiis à crassis & pituitosis humoribus ortis auxiliantur.

Pilulæ Aureæ Nicolai.

℞ *Aloës,*
Diacrydii, an. drach. quinque.
Rosarum,
Seminis Apii, ana drachmas duas semis.
Anisi,
Fœniculi, ana drach. unam semis.
Mastiches,
Croci,
Pulpæ Colocynthidis, ana drachmam unam.
Mucilaginis sive infusionis Tragacanthæ quantum sufficit ad massam faciendam.

* Mercurialis lib. 3. de Comp. Medic. cap. 10. (quem alii sequuntur) monet infusionem Tragacanthę facilè corrumpi, & inde pilulas situm contrahere, atque ideo magis laudat mel rosatum solutivum, sicut hîc solet parari. *

Caput expurgant, sensus & inprimis aciem oculorum acuunt, flatus ventriculi & intestinorum dissolvunt, ac citra molestiam alvum vacuant.

Pilulæ Aggregativæ sive Polychrestæ Mesuæ.

℞ *Myrobal. Citrinorum,*
Rhabarb. opt. ana drachm. quatuor.
Succi Eupatorii, id est,
Agerati,
Absynthii, ana drachmas duas.
Diacrydii drach. sex.
Myrobal. Chebulorum,
Indorum,

Agarici,
Colocynthidis,
Polypodii, an. drach. duas.
Turpeti opt.
Aloës, an. drach. sex.
Mastiches,
Rosarum,
Salis gemmei,
Epithymi,
Anisi,
Zingiberis, an drach. unam.
Electuarii Rosati Mesuæ
quantum sufficit.

Fiat Massa.

Succi Eupatorii & Absynthii debēt esse inspissati ut Aloë. Romani ac Coudenbergius horum amborum habent ana drachm. tres.

Valent ad diuturnas febres, & vitia capitis ac epatis. Humores biliosos & pituitosos purgant.

Clariss. tamen Ioan. Baptista Montanus in Consilio 254. de hyprope monet ut ab iis & similibus in febribus, ubi adhuc sunt magnæ obstructiones, caveamus, quandoquidem nimium astringant.

Pilulæ Benedictæ Nicolai.

℞ *Specierum Benedictæ laxativæ drach. sex.*
Mell. rosati quantum sufficit.

Fiat Massa.

Humores pituitosos, potiss. ad articulos decumbētes eliciunt, è renibus quoque & vesica humores viscidos expurgant.

Pilulæ Cochiæ Rhasis.

℞ *Specierum Hieræ picræ Rhasis drach. decem.*
Colocynthidis drach. tres, scrupulum unum.
Diacrydii drach. duas semis.
Turpeti,
Stœchadis Arabicæ vel Creticæ, an. drach. quinque.
Syrupi de Stœchade sive mellis rosati quātum sufficit.

Fiat Massa.

* Adjunguntur in multis locis (Italiæ præsertim) pro singulis unciis harum pilularum duæ drachmæ Hellebori nigri præparati, & tum vocantur Cochiæ cum Helleboro. Sunt & aliæ hisce forsitan non inferiores ad catarrhos salsos Galeni, quas describit lib. V. Methodi cap. XIII. *

Cephalicæ rectius appellantur, quod caput efficaciter expurgent, atq; ex eo ac nervis humores crassos evacuent.

Hiera picra Rhasis ad hasce Pilulas usurpanda.

℞ *Rosarum rubear.*
Spicæ Nardi Indicæ,
Mastiches,
Xylobalsami sive ligni Aloës,
Carpobalsami aut Cubebarū,
Cinamomi,
Xylocassiæ veræ,
Radic. Asari, an. scrupulum unum, grana sex.
Aloës drachm. sex, scrupulos duos.

Differt tantum ab Hiera Galeni, quod in his loco Croci ponantur Rosæ.

Pilulæ de Colocynthide Mesuæ.

℞ *Pulpæ Colocynthidis drachmas sex.*

Myrobal. Nigrorum, id est,
Indorum,
Citrinorum,
Sagapeni,
Bdellii mollis,
Sarcocollæ, ana drachmas quinque.
Aloës drach. septem.
Nigellæ,
Cymini Carmeni orientalis,
Origani Persici sive Cretici,
Nasturtii albi sativi,
Salis gemmei,
Absynthii, an. drach. unam.
Succi porri quantum sufficit.

Fiat Massa.

Valent ad affectus pituitosos & melancholicos, ut alphos curatu difficiles, & ad articulorum dolores.

Pilulæ de Eupatorio majores Mesuæ.

℞ *Myrobal. Citrinorum,*
Succi Eupatorii Mesuæ inspissati per coctionem,
Succi Absynthii, ana drachmas tres.
Rhabarb. drach. tres. semis.
Masticheᵹ drach. unam.
Croci drach. dimidiam.
Aloës bonæ drach. quinque.
Succi Endiviæ quantum sufficit.

Fiat Massa.

Multum prosunt in febribus intermittentibus biliosis, morbo regio, Epatisque obstructionibus.

Pilulæ de Euphorbio Mesuæ.

℞ *Euphorbii,*
Colocynthidis,
Agarici,
Bdellii mollis,
Sagapeni, an. drach. duas.
Aloës, drachmas quinque.
Succi porri quantum sufficit.

Fiat Massa.

Ad hydropicorum aquam expurgandam & caussam tumoris removendam valent, opem afferunt lumborum doloribus & podagræ ex nimia humiditate exortæ.

Pilulæ Fœtidę majores Mesuæ.

℞ *Sagapeni,*
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellii veri mollis,
Colocynthidis,
Sem. Harmel sive Rutæ sylvestris vel eius loco hortensis siccæ,
Aloës,
Epithymi, an. drach. quinque.
Hermodactylorū integrorū,
Esulæ minoris præparat. ana drachmas duas.
Scammonii drach. tres.
Cinamomi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Castorii, an. drach. unam,

Turpe-

Turpeti drach. quatuor.
Zingiberis drachmam unam semis.
Euphorbii scrup. duos.
Succi Porri, præsertim foliorum, depurati, quantum sufficit.

Fiat Massa.

Vacuant pituitam crassam & crudam, unde conferunt Arthriticis, podagricis, dolori spinæ & ventriculi, Colico, Alphis & Elephantiæ. Sed quia sunt validiores, in principio adhuc cruda existente materia, non temere usurpandæ.

Pilulæ Fœtidæ Rhasis.

℞ *Specierum Hieræ picræ Rhasis drach. decem.*
Colocynthidis interioris drac. quinque.
Euphorbii drach. duas semis.
Castorii,
Pipeisr,
Asæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Seitaragi vel lepidii majoris,
Sinapis, an. drach. unam.
Centaurii minoris,
Elaterii. an. drach. quinque.

Gummi sive lachrymæ & liquores omnes densati in succo Rutæ quantum sufficit dissolvantur; deinde admistis reliquis fiat Massa.

Pilulæ de Fumo terræ Avicennæ VII. Quarti in Cura Scabiei.

℞ *Myrobal. Citrinorum,*
Chebulorum,
Nigrorum sive Indorum,
Scammonii, an. drach. quinque.
Aloës drach. septem.
Succi fumi terræ clarificati, quantum sufficit,

Vt ter formetur hæc massa. nam cum primo fuerit exiccata, plus succi est sumēdum, ac rursum exiccanda, idque ter faciendum.

Educunt è corpore humores biliosos, acres, & salsos, ideoque adversus omnia vitia cutis utiliter usurpantur.

Pilulæ de Hermodactylis majores Mesuæ.

℞ *Hermodactylorum,*
Myrob. Citrinorum,
Aloës,
Turpeti,
Colocynthidis,
Bdellii mollis,
Sagapeni, an. drach. sex.
Castorii,
Sarcocollæ,
Euphorbii,
Opopanacis,
Seminis Rutæ sylvestris, vel eius loco sativæ,
Sem. Apii, an. drach. tres.

Croci drach. unam semis.
Succi Caulium quantum sufficit.
Fiat Massa.

Contra dolores articulares & podagricos à caussa frigida ortos sunt efficaces.

Pilulæ Indæ Haly, ex Mesue.

℞ *Myrobal. Nigrorum vel Indorum.*
Hellebori nigri,
Polypodii, an. drach. quinque.
Epithymi,
Stœchados, an. drach. sex.
Agarici,
Lapidis LaZuli loti,
Colocynthidis,
Salis Indi vel eius loco gemmei, an. drach. quatuor.
Succi Eupatorii inspissati,
Spicæ Indicæ, an. drach. duas.
Caryophyllorum drachmam unam.
Hieræ picræ simplicis Galeni drach. duodecim.
Succi Apii quantum sufficit.
Fiat massa.

* In Mesues emendatis exemplaribus annotatur hoc loco diversitas lectionis in pondere salis gemmei & reliquorum, quæ sequuntur. an. drachmarum quatuor, cum in aliis exemplaribus legantur drachmæ tres; quam lectionem Romani, Coudenbergius & nonnulli alii retinuerunt. *

Vtimur in affectibus melancholicis, cancro, elephantia, alphis nigris curatu difficilibus, melancholia, quartana, & splenis affectibus. Inprimis autem efficaces sunt in flatibus Hypochondriacis.

Pilulæ Hieræ simplicis, Galeni.

℞ *Aloës drachmas quinquaginta.*
Cinamomi,
Xylobalsami vel Xyloaloës,
Asari,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Mastiches Chiæ, an. drachmas tres.
Mellis Rosati quantum sufficit.
Fiat Massa.

* Alii vero omnes compendiosiore via accipiunt specierum Hieræ picræ Gal. uncias duas, Mellis rosati quantum sufficit ad formandam massam. *

Contra vitia ventriculi ex humoribus biliosis & pituitosis orta prosunt.

Pilulæ Hieræ simplicis cum Agarico.

℞ *Specierum Hieræ simpl. Gal.*
Agarici Troschicati, ana unciam dimidiam.
Aloës bonæ unc. unam.
Mellis rosati quantum sufficit.
Fiat massa.

* Romani & alii omittunt Aloën. *

Conferunt stomachicis, asthmaticis & aliis ventriculi ac thoracis vitiis, à crassis & pituitosis humoribus ortis.

Pilulæ de Hiera composita Nicolai.

℞ *Cinamomi,*

Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Schœnanthi,
Asari,
Xylocassiæ,
Xylobalsami,
Carpobalsami aut succedaneorum,
Violarum,
Absynthii,
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,
Turpeti,
Colocynthidis,
Mastiches,an. scrup.duos.
Aloës drachmas decem,scrupulos duos.

Fiat Massa cum Aqua Endiviæ.

Opem ferunt vitiis capitis nervorumq; ab humoribus pituitosis ortis.

Pilulæ de Lapide Lazuli sive Cyaneo Mesuæ.

℞ *Lapidis LaZuli loti drac.sex.*
Epithymi,
Polypodii,an.unciam unam.
Scammonii,
Hellebori nigri,
Salis indi vel gemmei,ana drach.duas semis.
Agarici unciam unam,
Caryophyllorum,
Anisi,ana unciam mediam.
Specierum Hieræ simpl.Galeni drach. quindecim.
Succi Endiviæ quantum sufficit.

Fiat massa.

Valent ad vitia è melancholico humore & bile usta generata,ad cancrum nimirum , Elephantiasin & quartanam.

Pilulæ de Lapide Armenio Mesuæ.

℞ *Lapidis Armenii loti & præparati,*
Hieræ picræ,ana drachmas quinque.
Epithymi,
Polypodii,an.unc.unam.
Diacrydii drach.tres.
Caryophyllorum drach.duas.
Salis indi aut gemmei, drach. unam semis.
Cum succo Endiviæ vel Solani quantum sufficit.

Fiat massa.

Notatur & hic diversitas lectionis Mesuæ. nam in margine additur Agarici uncia una, quam lectionem Romani , Coudenbergius & alii sequuntur.

Melancholiam & bilem ustam expurgant, & morbis inde natis succurrunt.

Pilulæ de Mezereo Mesuæ.

℞ *Folior. MeZerei præparatorum aceto drach. quinque.*
Myrobal.Citrinorum unciam dimidiam.

Chebulorum drach. tres.

Confice cum *Thereniabin sive Manna & Tamarindis in aqua Endiviæ dissolutis, an. quantum sufficit.*

MEZEREON *apud Mesuen, ut patet in suo libro de simplicibus, est ex genere lactescentium plantarum, qualis non est Thymælea. Poterimus tamen hac interea eius loco uti, cum serosos humores expurget.**

Serosum excrementum valide expurgant, & aquas, ideo hydropicis exhibentur.

Pilulæ Lucis majores Mesuæ.

℞ *Rosarum,*
Violarum,
Absynthii,
Colocynthidis,
Turpeti,
Cubebarum,
Calami aromatici,
Nucis Moscatæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Epithymi,
Carpobalsami,
Xylobalsami vel succedaneorum,
Seselios, id est, Sileris montani,
Sem. Rutæ,
Schœnanthus,
Mastiches,
Asari,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Anisi,
Fœniculi,
Apii,
Cassiæ ligneæ veræ,
Croci,
Macis, an. drach. duas.
Quinque generum Myrobalanorum,
Rhabar. an. unc. mediam.
Agarici,
Senæ, an. drach. quinque.
Euphragiæ drach. sex.
Aloës Succotorinæ ad pondus omnium, id est, uncias octo & drachmas duas.
Succi Fœniculi quantum sufficit.

Fiat Massa.

Excrementa capitis pituitosa educunt, ac visum roborant & conservant.

Pilulæ Lucis minores Mesuæ.

℞ *Xylobalsami,*
Carpobalsami vel succedaneorum, an. drach. unam.
Chelidonii majoris radicum drach. quinque.
Rosarum,
Violarum,
Absynthii,
Euphragiæ, an. drach. tres.
Senæ,
Epithymi,
Quinque generum Myrobalanorum,
Agarici,

Colocynthidis,
Schœnanthus,
Lycii,
Lapidis LaZuli loti, ana drach. duas ſemis.
Aloës optimi ad pondus omnium,
Succi Fœniculi aut Chelidonii, quantum ſatis eſt.

Fiat Maſſa.

Ad idem cum prioribus efficaces, atram tamen bilem magis evacuant, nec ſunt adeo in uſu.

Pilulę Maſtichinæ

Petri Aponenſis, cognomento Conciliatoris.

℞ *Maſtiches unc. mediam.*
Agarici opt. drach. tres.
Aloës Electæ drach. decem.

Infundatur Agaricus in oxymelle ſimplici liquidiuſculo per diem naturalem, & rurſum exiccetur: deinde formetur maſſa cũ Syr. de Stœchade aut ſucco Artemiſiæ.

* Deſcribuntur à Petro Aponenſi in additione ad Meſuem in fine quinti capitis de ventriculi cruditate. Caleſtanus refert quoſdã eas plurimũ commẽdaſſe jubentes addi duas drachmas Rhabarbari, & in loco Aloës ſubſtitui pilulas Alephanginas.*

Præſervant ventriculum frigidiorem à gravioribus morbis, ſimulque roborant, ac impediunt humorum corruptionem, cerebrum & reliqua viſcera à putridis humoribus liberant.

Pilulæ de Aloe & Maſtiche Nicolai.

℞ *Aloës unciam unam.*
Maſtiches unc. dimidiam.
Caryophyllorum,
Roſarum rubearum, ana drach. unam.
Croci,
Diacrydii, an. ſcrup. duos.

Formetur maſſa cum ſucco Fœniculi aut Abſynthii.

Sine moleſtia ventriculum purgant, & ex eo bilem & pituitam eliciunt.

Pilulæ de Aloe Lota.

℞ *Aloës lotæ cum ſucco Roſarũ rubearum unciã unam.*
Agarici Trochiſcati drachmas tres.
Maſtiches drach. duas.
Specier. Diamoſchi dulcis drach. mediam.

Cum vino malvatico cogantur in maſſam.

Ventriculum, cerebrum, oculos, ac alia viſcera à putridis humoribus purgant & ſimul roborant.

Pilulæ de Rhabarbaro Meſuæ.

℞ *Rhabarbari drach. tres.*
Succi GlycyrhiZæ,
Succi Abſynthii,
Maſtiches, an. drach. unam.
Myrobal. Citrinorum drach. tres & ſemis.
Sem. Apii,
Fœniculi, an. drachmam dimidiam.

Trochi-

Trochiscorum Diarhod. Mesuæ, drach. tres semis.

Hieræ picræ simpl. drach. decē.

Aquæ Fœniculi quantum sufficit.

Fiat Massa.

* Celebriores autores suadent ut parentur cum succo Fœniculi & Melle, alioqui nimis celeriter indurescunt.

Alteram lectionem in Mesue, Myrob. Citrinorum drachmas duas & semis, sequuntur Romani, & alii, sicuti quoque Coudenbergius in emendato Cordi Dispensatorio. *

In febribus diuturnis, Epatis obstructionibus, & hydropis initio conferunt.

Pilulæ Pestilentiales

Ruffi vel potius Rhasis lib. 4. ad Almans. cap. 25. quæ etiam De tribus vocantur.

℞ *Aloës Electæ unc. duas.*

Myrrhæ opt.

Croci synceri, ana unciam unam.

Confice cum vino Aromatico, vel potius cum Syr. de Limonibus.

* Etiamsi vocētur Ruffi, tamen potius ad Rhasin vel Avicennam referendæ. Ruffi enim secundum Paulum Aeginetam lib. II. cap. XXXIII. fuit potio ex Aloës & Ammoniaci partibus duabus, & Myrrhæ parte una, dissolutis omnibus in vino albo odorifero, quantum satis erat. Possunt tamen inde quoque pilulæ parari.

Adduntur à diversis autoribus pilulis hisce varia simplicia, quæ hic enarrare nimis longum est, cum in libris de peste ubique reperiantur. *

Vtiles sunt adversus pestiferæ luis contagia populariter grassantia. Humores etiam ventriculo infarctos educunt.

Pilulæ de Sarcocolla Mesuæ.

℞ *Sarcocollæ drach. tres.*

Turpeti unciam dimidiam.

Colocynthidis,

Zingiberis, ana drachmam unam semis.

Salis Gemmei drach. unam.

Aquæ Rosarum quantum sufficit.

Fiat Massa.

Rariss. sunt in usu. Pituitam evacuant, & ideo pituitosis morbis subveniunt.

Pilulæ sine quibus esse nolo, Nicolai.

℞ *Aloës opt. lotæ drachmas quatuordecim.*

Quinque generum Myrobalanorum,

Rhabarbari,

Mastiches,

Absynthii,

Rosarum,

Violarum,

Senæ,

Agarici,

Cuscutæ, an. drach. unam.

Diacrydii drachmas sex & semis.

Dissolvatur Diacrydiū in succo Fœniculi melle addito cocto sufficientis quantitatis, & cū hoc dissoluto Diacrydio formetur massa.

Multum

Multum purgant bilem, phlegma, & melancholiam, valēt proprie ad suffusiones & obscuritates oculorum, visum custodientes, aurium dolorem sanant, iliacis conferunt.

Pilulæ Stomachicæ Alkindi ex Avicenna lib. v.

℞ *Myrobal. Citrinorum,*
Nigrorum,
Chebulorum, ana drach. tres.
Rosarum,
Masticbes, an. drach. duas.
Cardamomi,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Cubebarum,
Caryophyllorum,
Schœnanthus,
Nucis Muscatæ, ana drachmam unam.
Rhabarbari unciam dimidiam.
Turpeti drach. septem.
Aloës ad pondus omnium.

Fiat massa cum vino odorifero & melle.

Cerebrum & ventriculum à corruptis humoribus expurgant, ventriculum roborant, coctionem juvant ac appetitum excitant.

Pilulæ Stomachicæ Mesuæ.

℞ *Myrobal. Citrinorum,*
Aloës,
Turpeti, an. drach. decem.
Rosarum,
Spicæ Indicæ,
Masticbes, an. drachmas duas semis.
Anisi drach. unam semis.
Salis Indi aut gemmei,
Croci, an. drach. unam.

Formetur Massa cum succo Absynthii.

Biliosos & pituitosos evacuant humores, eos potissimum qui caput & ventriculum obsident.

Pilulæ Imperiales incerti Autoris.

℞ *Cinamomi,*
Amomi, vel eius loco acori veri,
Anisi,
Masticbes,
Cardamomi minoris,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Nucis Muscatæ,
Caryophyllorum,
Croci,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Turpeti,
Tereniabin, id est, Mannæ,
Agarici,
Foli. Senæ,
Spicæ Indicæ,
Quinque generum Myroba-

lanorum, an. scrupulum unum.

Rhabarbari ad pondus omnium,

Aloës quantum totũ æquat.

Conficiantur cum Syrup. rosato aut violato.

Non multum purgant, & plurimum roborant ventriculum ac omnia intestina frigida, conservant facultates naturales, sanguinem & spiritus purificant.

Pilulæ de Opopanace Mesuæ.

℞ *Opopanacis,*

Hermodactylorum,

Sagapeni,

Bdellii mollis,

Ammoniaci,

Colocynthidis, ana drachm. quinque.

Croci,

Castorii,

Myrrhæ rubræ,

Zingiberis,

Piperis nigri,

Piperis longi,

Cassiæ ligneæ,

Myrobal. Citrinorum,

Belliricorum,

Emblicorum, ana drach. unam.

Scammonii drach. duas.

Turpeti unc. dimidiam.

Aloës drach. duodecim.

Cogantur in massam cum infusione gummi in aqua caulium.

Paralysin, spasmum cynicum, podagram & alios articulorum dolores levant, morbosque partium nervosarum frigidos curant.

Pilulæ de quinque generibus Myrobalanorum Nicolai.

℞ *Quinque generum Myrobal.*

Agarici,

Diacrydii,

Colocynthidis,

Senæ, an. drach. duas semis.

Epithymi,

Turpeti,

Anisi,

Fœniculi,

Mastiches,

Lapidis Lazuli, an. drachm. unam, grana sedecim.

Rhabarbari scrup. quatuor.

Aloës drach. quatuor.

Cum succo Absynthii vel Fœniculi cum melle decocto.

Formetur Massa.

Variant plurimum in his pilulis parandis (quę tamen parum usurpantur) autores: nos pharmacopœiam Augustanã secuti sumus, quæ præter alios Rhabarbarum addit.

Educunt bilem utramque & pituitam, sanguinem puriorem reddunt, podagricis, spleneticis, stomachicis & melancholicis utiles.

Pilulæ ex octo rebus sive Octomeræ, Nicolai.

℞ *Aloës,*

Diacry-

Diacrydii, an. drach. duas.
Colocynthidis interioris,
Epithymi,
Agarici,
Mastiches,
Dauci Cretici,
Myrob. Chebulorum,
Absynthii, an. drach. unam.
Cum succo Solani.

Formetur massa.

Purgant humores crassos è capite, visum clarificant, & suffusiones oculorum prohibent.

Pilulæ de Sagapeno Mesuæ.

℞ *Sagapeni,*
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellii, an. drach. duas semis.
Sem. Apii,
Ammios,
Harmel, id est, sem. Rutæ syl.
Anisi, an. drach. unam.
Acori, id est, Calami Aromatici,
Seitaragi Indi, aut Lepidii Indi, vel nostratis.
Alii habent Casiam ligneam.
Calaminthæ,
Folii, pro eo Tembul sive Spicæ Indicæ,
Centauri minoris,
Polii,
Costi,
Salis gemmei, an. drachmam dimidiam.
Aloës drachmas sex.
Colocynthidis drach. quinq.

Cogantur in massam cũ aqua vel succo Matricariæ: In Italia cum succi porri insectilis & syrupi de stœchade quantum sufficit parant.

Pollent ad ischiadem, podagram, & reliquorum articulorum dolorem, nec non uteri, mensesque promovent.

Pilulæ de Bdellio majores Mesuę.

℞ *Bdellii veri drach. duodecim.*
Ammios parum tosti drachmas tres.
Myrobal. Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Conchularum Venerearum, glett Muscheln / *vel illarum loco concharũ unionum ustarum,*
Succini, an. drach. duas semis.

Maceretur Bdellium in succo foliorum Porri & conficiatur massa.

Vtimur in fluxu hæmorrhoidum & ulcerum earũ, & ad mẽses immodicos.

Pilulæ de Cynoglosso Nicolai.

℞ *Cynoglossi, id est, radicum siccarum,*

Opii,

Sem. Hyoscyami, an. drachm. quatuor.

Myrrhæ Troglodyticæ drach. sex.

Thuris Masculi drac. quinq.

Caryophyllorum drach. duas.

Cinamomi,

Styracis calamitæ, ana drachmas duas.

Cum aqua Rosarum,

Fiat Massa.

Alii, ne tam celeriter indurescant, cum Syrupo violato parant.

Magnam vim habent in catarrhis tenuibus ac salsis, ac doloribus potiss. dentium, ad quos inprimis Nicolaus composuit. Non autem temere in omnibus morbis adhibendæ.

Pilulæ Bechiæ.

℞ *Pineorum nucleorum,*

Amygd. amarorum, an. unciam unam semis.

Glycyrhizæ drach. sex.

Succi Glycyrhizæ unc. quat.

Cum aqua Rosarum.

Fiat Massa.

Contra tussim veterem, gutturis ac faucium asperitatem prosunt.

APPENDIX.

Pilulæ de Aloe Rosata.

℞ *Aloës Rosat. opt. unc. unam.*

Cum vino formentur pilulæ pro una drachma quantum volueris.

Fit autem *Aloë Rosatum*:

Ex succo Rosarum sæpius lotum Aloë & tandem inspissatum.

Parum purgant, sed magis ventriculum roborant. Quod si debeant validius nonnihil evacuare, pro singulis unciis adduntur Folior. Senæ drachmæ duæ, Zingiber. scrupul. duo.

Habetur hîc etiam in usu Aloë Rosatum Borraginatum, ex succo Borraginis paratum. Sicuti quoque Aloë Arthriticũ cum succo Chamæpytheos factum. Solet apud nos etiam fieri Aloë Rosatũ compositum quod,

℞ *Aloës Ros. uncias duas.*

Agarici recent. troch. unciam dimidiam.

Myrrhæ,

Mastiches, ana scrup. unum.

Croci scrup. medium.

Cum melle Rosato solut.

Fiat Massa.

Pilulæ de Nitro Alexandri Tralliani ex Mesue.

℞ *Aloës,*

Colocynthidis,

Scammonii vel Diacrydii,

Bdellii,

Hellebori nigri,

Gummi Arabici ana drachmas duas.

Euphorbii,

Nitri, an. drach. unam.

Ex succo Braßicæ cum melle cocto.

Fiat Massa.

NITRUM *ex Italia haberi poteſt, sicuti illud multis communicavit peritiß. rerum simplicium Ferdinandus Imperatus*

tus præcipuus pharmacopœus Neapolitanus. Costæus in eius penuria etiam nostrum factitium admittit, alii salem gemmeum substituunt.

Describuntur hæ pilulæ à Tralliano libro 1. cap.12. de Epilepsia; sub nomine pilularum Diacolocynthidis.

Valent ad omnem humorem evacuandum à partibus remotioribus, sive sit atrabilaris, sive pituitosus, crassus vel tenuis. In doloribus morbi gallici, Epilepsia, & aliis pertinacibus plurimi usus, atque ideo in Italia crebro usurpantur.

Pilulæ ex Esula Fernelii.

℞ *Cort. rad. Esulæ minoris,* maceratæ horis viginti quatuor in acero & succo portulacæ, *drachmas duas.*

Grana Ricini expurgata & torrefacta n°. quadraginta.

Myrobal. Citrinorum drach. unam semis.

Chamædryos,

Chamæpyteos,

Spicæ Nardi,

Cinamomi, ana scrup. duos.

Trita omnia tenuissime excipiantur Tragacanthæ aqua rosarum solutæ uncia una, & cogantur in massam.

Dosis scrup. duo.

Educunt hydropicorum aquas cum aliqua molestia, idcirco solis robustis atq; iis nō febricitantib. conveniunt.

Pilulæ de Sagapeno validiores.

℞ *Sagapeni* in aceto dissoluti, deinde colati, & lento igne iterum inspissati, *unciam mediam.*

Trochiscor. Alhandal. drach. unam semis.

Diacrydii drach. mediam.

Salis gemmei scrupulum unum.

Fiat massa, quæ ungatur cum oleo Cinamomi.

Validæ hæ sunt pilulæ, & cum judicio usurpandæ. Cæteris tamen frustra adhibitis in Cachexia & hydrope non contemnendæ.

Pilulæ D. Langii in Melancholia.

℞ *Maß. pilul. Alephangin. drach. unam semis.*

Agarici Trochiscati recent. scrup. duos.

Cubebarum,

Epithymi non exoleti,

Croci, an. grana quinque.

Caryophyllorum,

Cinamomi,

Hellebori nigri, an scrupulum unum.

Rhabarbari select. scrupulos duos.

Lapidis Armeni præparat. scrup. unū ac dimidium.

Trochisc. Alhandal. scrupul. dimid.

Cum Syr. de Epithymo,

Fiat massa, quę oblinatur oleo Anisi.

SYRVPI.

Syrupus de duabus Radicibus.

℞ *Rad. Petroselini,*
Fœniculi, ana uncias quatuor.
Aquæ quantum sufficit.
Sacchari clarificati lib. duas.

Coquantur secundum artem sine aceto, & quandoque cum aceto.

Humores crassos præparat ac incidit, & obstructionibus viscera liberat.

Syrupus de quinque Radicibus.

℞ *Rad. Apii,*
Fœniculi,
Petroselini,
Rusci,
Asparagi, ana uncias quatuor.
Aquæ quantum sufficit.
Sacchar. lib. quatuor.

Coquantur secundum artem.

* Alii fermè omnes sumunt duas uncias radicum, & coquunt ad tertias in Aquæ lib. sex, & expressum denuo coquunt cum libris tribus Sacchari: non pauci etiam ad majorem incisionem quandoq; accipiunt mellis tantumdem, & in fine, ubi cum aceto volunt parare, addunt illius uncias octo. *

Magis incidit lentos humores quàm prior; obstructiones aperit, in febribus pituitosis & biliosis maximè in principio efficax est.

Syrupus Acetosus simplex Mesuæ.

℞ *Sacchari opt. lib. quinque.*

Clarificetur cum libr. quatuor aquæ. Bulliãt in vase vitreato ad aquæ mediam consumtionem, semper despumando; postea adjungantur

Aceti albi lib. duæ, vel si validior esse debet, *quatuor, tres verò,* si mediocris fuerit,

Et coquatur lento igne, ut artis est.

Incidit, attenuat, abstergit, refrigerat, affectibus calidis ac biliosis inprimis utilis, incrassat, obstructiones aperit, urinas movet ac sudores, ac pestilentiæ putredinique resistit.

Syrupus Acetosus compositus, Mesuæ.

℞ *Rad. Fœniculi,*
Apii,
Endiviæ, an, uncias tres.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Apii, an. unc. unam.
Endiviæ drach. quatuor.

Aquæ purißimæ quantum satis fuerit, id est, circiter libras decem.

Coquantur ad dimidium, & addantur

Sacchari libræ tres.

Clarificentur, & postremo adjiciantur

Aceti libræ duæ.

Coquantur ut artis est.

Validior est priore, humores crassos attenuat & purgat, febres nothas & diuturnas pellit, obstructiones Epatis, lienis & renum aperit.

Syrupus Acetositatis Citri.

℞ *Acetositatis mali citrii* claræ & per pannum rarum purgatæ sine magna expreßione lib. sex.

Sacchari albiß. lib. tres.

Coquantur secundum artem.

* Hic Syrupus magni est usus. cum vero raro apud nos acorem convenientem habeat, eo diligentius debent acida poma citria vel illorum succus, qualis opt. affertur à lacu Benaco, de Garda dicto, conquiri. In Italia ferè in officinis ita parant: Accipiunt septem libras optimi succi, & quinque libras Iulepi sive Sacchari clarificati, & lento igne coquunt, animadvertentes ne nimia coctione nimis crassescat vel nigrior evadat. Et hæc est descriptio Mesuæ. *

Æstum & fervorem bilis flavæ, febriumque ardentium & pestilentium mitigat, putredini resistit, cor & ventriculum roborat, ac sitim vehementem sedat.

Syrupus Acetositatis Limonum.

℞ *Acetositatis Limonum maturorum per pannum destillatæ lib. sex.*

Sacchari albiß. lib. tres.

Coquantur secundum artem.

Efficacior priore præsertim in biliosis morbis ad refrigerandũ & penetrandum: Contra putredinem, vermes & caloris vehementiam, ideoque febribus plurimum utilis.

Syrupus Aranciorum Acetosorum.

℞ *Succi Aranciorum acetosorum per pannum rarum destillati libras sex.*

Sacchari albiß. lib. tres.

Coquantur secundum artem.

Ad hunc modum potest etiam fieri ex succo Aranciorum dulcium.

Syrupus de Agresta Mesuæ.

℞ *Agrestæ lib. quinque,*

Sacchari clarificati libras tres semis.

Coquantur secundum artem.

Agresta est succus uvarum immaturarum, Græcis Omphacium, qui inspissatus servatur. Hoc autem loco accipienda est Agresta nondum ad spißitudinem decocta. Debétque exprimi ex generosiß. uvis apud nos paulo ante maturitatem.

Multum astringit, in magnis æstibus ad sitim restinguendam confert, vomitum & alvi profluvium biliosum sistit, febribus biliosis succurrit, vomitum gravidarum reprimit, ventriculum earundem firmat, putredini resistit, & febribus pestilentibus.

Syrupus de Pomis Mesuæ.

℞ *Succi pomorum dulcium acetosorum an. lib. quinque.*

Coquan-

Coquantur, despumentur & colentur, deinde addantur

Sacchari libræ tres.

Coquantur secundum artem.

Succus exprimendus est ex optimis pomis, qualia sunt quæ vinosa, Weinlinger/vocantur, item Porstorfiana in acetosorum genere, ex dulcibus quoque sapidissima eligenda.

De Syrupo è pomis Regis Sapor & composito inferius in appendice.

Cor imbecillum roborat, Syncopi & cordis palpitationi confert, ac melancholicis morbis utilis est.

Syrupus Granatorum dulcium Mesuę.

℞ *Succi Granatorum dulcium lib. quinque.*

Sacchari albiß. lib. tres.

Coquantur secundum artem.

Male hodie faciunt Syrupum Granatorum, indifferenter cum dulcibus acetosa granatorum poma miscentes. Oportet enim utrumq; Syrupum tàm acetosorum quàm dulcium seorsim conficere, nam diversis morbis morborumque accidentibus medentur.

Sitim, tussim, & pleuritidem juvat, excreationes promovet, & humectat.

Syrupus Granatorum Acetosorum Mesuæ.

℞ *Succi Granatorum acetosorum lib. quinque.*

Sacchari albiß. lib. tres.

Coquantur secundum artem.

Ad febres biliosas plurimum confert, refrigerat & humectat, & sua tenuitate obstructionibus auxiliatur.

Syrupus Dinarii sive Bysantinus simplex Mesuæ.

℞ *Succi Endiviæ,*

Apii, an. lib. duas.

Lupuli,

Buglosßi, an. libr. unam.

Bulliant dum succi purgentur & clarescant, his deinde libris quatuor remanētibus addantur

Sacchari opt. lib. duæ semis.

Coquātur in Syrupi modum.

Quod si cum aceto efficere volueris, succis depuratis adjiciantur Aceti libræ duæ.

Quidam differentiam faciunt inter Syrupum Dinarii & de Bysantiis, alterum simplicem, alterum compositum vocantes: Sed nos simplicis & compositi nomine distinguimus, utrumque Dinarii & de Bysantiis appellantes.

Humores crassos & lentos incidit atque extenuat, obstructiones aufert, morbo regio, febribus diuturnis, & melancholicis morbis succurrit.

Syrupus Bysantinus compositus Mesuæ.

℞ *Succi Endiviæ veræ,*

Apii, an. lib. duas.

Succi Lupuli,

Buglosßi domestici aut sylvestris, an. libram unam.

In succis decoquantur

Florum rosarum unc. duæ.

Glycyrhizæ unc. dimidiam.

Sem. Anisi,

Fœniculi,

Apii, an. drach. tres.

Spicæ Nardi Indicæ drac. duæ.

Colaturæ addantur

Aceti libræ duæ.

Coquantur ſecundum artem in Syrupum.

Interdum jubentibus Medicis ad ſingulas ſucci depurati libras adduntur unciæ ſex Aceti.

Ad omnia prædicta validior quàm ſimplex.

Syrupus de Artemiſia Matthæi de Gradibus in 9. Rhaſis ad Almanſ.

℞ *Artemiſiæ manipulos duos.*
Pulegii,
Calaminthæ,
Origani,
Meliſſæ,
Dictamni Cretici,
Perſicariæ,
Sabinæ,
Amaraci ſive Majoranæ,
Chamædryos,
Hyperici ſive Perforatæ,
Chamæpytheos, id eſt, Ivæ arthriticæ,
Comarum matricariæ,
Centaurii minoris,
Rutæ,
Betonicæ,
Bugloßi,
Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,
Aſparagi,
Ruſci,
Saxifragiæ vel eius loco Pimpinellæ,
Enulæ Campanæ,
Cyperi,
Rubeæ tinctorum,
Iridis,
Pæoniæ, ana manipulum unum, ſive unc. unam.
Baccarum Juniperi,
Sem. Liguſtici,
Petroſelini,
Apii,
Aniſi,
Nigellæ,
Carpobalſami ſive Cubebarũ,
Coſti,
Rad. Aſari,
Pyrethri,
Caßiæ ligneæ Aromaticæ,
Cardamomi,
Calami Aromatici,
Rad. Phu, an. unc. dimidiam.

Coquantur in aqua juſtæ quãtitatis (alii decem libras accipiunt) quo decet ordine ſecundum artem, Colatis addantur

Sacch. depurati lib. quatuor.

Obſervandum ne plus quam neceſſe ſit aromata bulliant, ac ipſorum vires evaporent.

Plurimum valet in aperiendis obſtructionibus ex viſcidis & glutinoſis humoribus, incidit & potẽter attenuat. Vteri affectibus prodeſt, & dimotum eum ſuo loco reſtituit, reſolvit eius frigiditatem & flatus ac dolores. Nervos corroborat, menſes provocat, & materiam contumacem ad expulſionem præparat.

Syrupus de Absynthio major Mesuæ.

℞ *Absynthii Romani sive Pontici lib. mediam.*
Rosarum rubear. unc. duas.
Spicæ Indicæ drach. tres.
Vini clari veteris,
Succi Cydoniorum, ana lib. duas semis.

Macerētur in vase marmoreo aut fictili denso per noctem unam, deinde coquantur lento igne & paulatim ex ordine. Colaturæ addantur

Sacch. lib. duæ.

Confice secundum artem.

* Alii volunt vini & succi minorem quam par est, esse dosin, atque ideo sumunt libras tres cum dimidia. Multi in Italia ad majorem abstersionem loco Sacchari mel accipiunt. *

Ventriculum & Epar roborat, & aliorum viscerum imbecillitatem aufert, à caussa frigida potiss. ortam. Appetitum excitat, regio morbo prodest, flatus discutit, humores per urinam pellit.

Syrupus infusiōnis Rosarum.

℞ *Aquæ, in qua Rosæ recentes sunt maceratæ, quod idem est cum infusione Rosarū, lib. quinque.*
Sacchari clarificati lib. quat.

Coquantur ex arte ad formam Syrupi.

Sedat sitim præsertim in febribus acutis, & calorem mitigat, ventriculum & Epar nimis calefactum refrigerat.

Syrupus è Rosis siccis.

℞ *Infusionis Rosarum aridarum aliquoties lege artis factæ,*
Sacchari ana.

Decoquatur in formā Syrupi.

Sumunt alii mediam partem Sacchari ad infusionem.

Syrupus Cydoneorum Mesuæ.

℞ *Succi Cydoniorum acidorum depurati & clarificati libras duas semis.*
Sacchari albi libram unam semis.

Fiat Syrupus secundū artem.

Syrupus infusionis Violarum,

℞ *Infusionis violarum libr. quinque.*
Sacchari clarificati lib. quat.

Coquantur cum facilitate.

Febribus acutis, epatis & cordis caloribus, asperitati gutturis, morbo laterali, tussíque aridæ succurrit, sitim restinguit, & alvum emollit.

Syrupus Rosatus solutivus, vulgo Mucharus.

℞ *Fol. Damascenarum Rosarum vel incarnatarum lib. unam.*

Ponan-

Ponantur in urceo angusti oris, & infunde illis aquæ calidæ libr. tres, aut quantum sufficit ut madeant. Macerentur per horas octo aut duodecim obstructo fictilis orificio, deinde leviter exprimantur & excoletur infusio, excolata calefiat, abjectis rosis, & iterum inde recentes rosæ imponantur, ac obstructo orificio urcei in calido loco dimittantur per horas octo vel duodecim. Postea rursum excolentur & colatura calida infundatur aliis recentibus rosis, & tertio dimittatur, ac si efficacior fieri debeat, quarto recentes rosæ in eodem diluto recalefacto macerentur, ac postremo loco Saccharo addito fiat Syrupus.

Quidam tundunt Rosas, quidam vero integras ponunt: & tusæ quidem celerius vim suam & colorem in aquam deponunt, ac minorem locum occupant. At violæ cum tunduntur, aliquam herbaceam & ingratam acrimoniam acquirunt, quare consulantur hac de re Doctores. Mesue tantum bis jubet Rosas infundi, melius vero est ut sæpius recentes abjectis restituantur.

* Inspiciatur & observetur opt. ratio parandi, exposita in Augustana pharmacopœia, qui liber cum sit jam merito in manibus omnium, integram descriptionem hic repetere non est necesse. Nonnulli etiam ex plebeiis nunc parare tentant, & interdum, ut sit usitato validior, & paucioribus infusionibus indigeat, cum radice Iridis Florentinæ, vel alio purgante adulterant, non sine manifesto errore.

Fit etiã insolatione, ut vocant, alteri non inferior in purgando, hoc modo:

℞ *Rosarum incarnat. quantum volueris.*

Imponantur in vase vitreo bene obturato in balneo aquę, donec flaccescãt, exprimantur. Succi huius expressi lib. duabus addatur tãtumdem Sacchari & insolentur.*

Creberrimè utimur hoc Syrupo ad leniter evacuandã alvum in ventriculi ardoribus, febribus diversis, etiam pestilentibus, & aliis similibus morbis, ubi nimia calida intemperies molestat.

Syrupus Violatus solutivus.

Fit ut prior Syrupus Rosat. solutivus,

Sæpius iteratis violarum recentium selectarũ infusionibus, & huius infusionis ritè paratæ, recipe lib. tres.

Sacchari depurati lib. duas.

Coquantur lento igne ad Syrupi consistentiam.

Nonnulli loco Sacchari mel adjiciunt, quod ut in febribus minus convenit: ita in pectoris vitiis non improbatur.

Syrupus de succo Fumi terræ major Mesuæ.

℞ *Myrobal. Citrinorum,*
Chebulorum, ana drach. viginti.
Florum Boraginis,

Buglossi,
Violarum,
Absynthii,
Cuscutæ, an. unc. unam.
Glycyrhizæ,
Rosarum, an. unc. dimidiam.
Epithymi,
Polypodii, an. drach. septem.
Prunorum, n°. centum.
Passularum enucleatarum lib. dimidiam.
Tamarindorum,
Pulpæ Cassiæ fistulæ, ana uncias duas.
Aquæ libras decem.

Coquantur omnia præter Cassiam & Tamarindos, dum supersint libræ tres, & colentur: in colaturam adhuc calidam injiciantur

Cassia & Tamarindi.

Deinde addantur,

Succi depurati fumi terræ,
Sacchari albi, an. lib. tres.

Rursum bulliant ad Syrupi consistentiam.

* Cum hic sit satis ingratus, & operosa præparatio, quæ facile situm contrahit, simplex ex succi depurati lib. quatuor, & Sacchari depurati unciis duabus cum dimidia factus, est usitatior.

Habet quoque aliam descriptionem Guido in Cura lepræ, quæ etiam à multis probatur. *

Humorem melancholicum præparat, & copiosior sumtus etiam educit, aperit obstructiones, curat morbos cutaneos, præcipue ab humore salso vel adusto natos, ut psoram, lepram, impetiginem, & serpiginem.

Syrupus de Mentha major Mesuæ.

℞ *Succi Cydoniorum medii saporis, id est, acidodulciũ, vulgo muzorũ,*
Dulcium,
Succi Granatorum acetosorum,
dulcium,
acidodulcium, an. lib. unam semis.

In succis macerẽtur per horas viginti quatuor sequentia.

℞ *Menthæ siccæ lib. unam semis.*
Rosarum rubearũ unc. duas.

Coquantur deinde lento igne usq; ad medietatis consumtionem, colentur & colaturæ addantur

Mellis vel Sacchari libræ duæ.

Coquantur ad perfectionem, & cum reponitur, aromatisetur cum

Gallia Moscata vera trita,

& in sindone ligata atque ex orificio vasis suspensa.

*Alii sumunt Galliæ Moscatæ drachmas duas, ut Romani; alii tres, ut Augustana pharmacopœia; alii scrupulum tantum unum. *

Notandum, si quis cum melle velit hunc Syrupum conficere, ut accipiat mel odoratum aromaticum, quale est Dantiscanum, vel virgineum, non illud vulgare flatuosum.

Ventriculum frigidum roborat, ob id nauseam, vomitum, singultum, & alvi fluorem sedat.

Syru-

Syrupus de Mentha minor Mesuæ.

℞ *Succi Menthæ præparati,*
Succi Granatorum dulcium,
Acetosorũ ad medium coctorum,
Sacchari opt. vel mellis aromatici, an. lib. unam.

Coquantur sensim secundum artem.

Eandem ferme cum superiore habet facultatem.

Vtque major est in crebriore usu apud Italos, ita hic in Germania usitatior.

Syrupus de Calamintha Mesuæ.

℞ *Calaminthæ domesticæ,*
Sylvestris sive montanæ, an. unc. duas.
Sem. Ligustici,
Dauci,
Schœnanthi, ana drachmas quinque.
Passularum enucleatarum lib. dimidiam.
Mellis lib. duas.
Aquæ quantum sufficit, circiter libras nimirum sex.

Coquantur secundum artem.

Lienosis plurimum confert, præsertim ubi adest durities. Frigiditati viscerum, asthmaticis, antiquis tussibus præsertim in senibus subvenit. Pectus, ventriculum, ac intestina à crassa ac tenaci materia liberat.

Syrupus de succo Endiviæ simplex.

℞ *Succi Endiviæ depurati lib. octo.*
Sacchari TabarZeth libræ quinque semis.

Coquantur secundum artem.

ENDIVIA *vera est Intybus sativa, caulibus ac foliis Cichorii similibus, majoribus tamen ac pinguioribus. flores habet etiam instar Cichorii. jã in hortis apud nos seritur.*

Valet potissimum ad omnem intemperiem calidam Epatis & aliorum viscerum, & in pleuritide max. convenit.

Syrupus de Endivia compositus.

℞ *Endiviæ recentis,*
Boraginis,
Scariolæ,
Epaticæ,
Buglossi,
Melissæ,
Lactucæ,
Eupatorii, an. manipulum unum.
Sem. frigid. majorum an. unciam unam.
Santali albi,
rubei, ana drachm. unam.
Florum Cordialium ana drach. tres.

Coquantur secundum artem in sufficiẽti quãtitate aquę, deinde colentur & colaturæ addantur

Succi Endiviæ depurati libr. una.
Vini Granatorum unc. tres.
Sacchari albi lib. quatuor.

Fiat Syrupus secundum artem.

Efficacior priore ad nimium calorem Epatis & aliorum viscerum, aperit obstructiones, & præparat humores biliosos.

Syrupus de Cichorio cum Rhabarb. Nicolai Florentini, sermon. v. de Epatis obstructionibus.

℞ *Endiviæ domesticæ,*
Sylvestris,
Cichorii hort.
Taraxacon vel Cichor. sylvestris, an. manipulos duos.
Cicerbitæ sive Sonchi lenis,
Epaticæ sive Lichenis,
Scariolæ vel Chondrillæ,
Lactucæ,
Fumi terræ,
Lupulorũ, an. manip. unum.
Hordei non excorticati uncias duas.
Vesicariæ sive Alkakengi unciam unam.
Glycyrhizæ,
Capilli Veneris,
Cuscutæ,
Ceterach, id est, Aspleni,
Polytrichi vel Trichomanis,
Adianthi vulgaris sive rutæ murariæ, an. drach. sex.
Rad. Fœniculi,
Apii,
Asparagi, an. unc. duas.

Coquantur in aqua sufficienti & percoletur, deinde cum Saccharo albo clarefacto fiat Syrupus, pro cuius unaquaque libra inter coquendum adjiciantur

Rhabarbari opt. unc. dimid.
Spicæ Nardi scrup. quatuor.

Colligantur in linteolo raro, quod sępe exprimatur, dum Syrupus consistentiam justam acquirat.

* Magna est diversitas componendi hunc Syrupum, de qua pharmacopœiam Augustanam consulere debent qui eum parare volunt. Romanum Antidotarium colatæ decoctionis accipit libras sex, Sacch. albi lib. quatuor, & coquit ad Syrupi consistentiam. Sub finem autem coctionis admiscet Rhabarb. opt. in partes minimas concisi uncias duas, Spicę Nardi scrupul. duos. Macerentur in prædicti decocti parte, quæ in hunc usum servata fuerit horis duodecim. deinde ferveant unico fervore, colentur & validè exprimantur. Tandem ad ignem prædicto Syrupo jam fere confecto immisceantur. Observatione autem compertum est, Rhabarbarum in linteolo appensum, & exhibitum postea per se, adhuc satis multum purgasse. *

Confert potiss. ictericis, ex obstructione Epatis Lienosis, ac Melancholicis. Purgat admodum leniter percantes humores per secessum & urinam, intemperiem viscerum calidiorem emendat, & Epilepticis ac inprimis pueris auxiliatur.

Oxy-

Oxysaccarum simplex Nicolai.

℞ *Sacchari albi lib. unam.*
Succi malorum granatorum acetosorum uncias octo.
Aceti uncias quatuor.

Coquantur cum facilitate ad ignem, dum Syrupi consistentiam acquirant.

Incidit & digerit humores biliosos pituitæ mistos circa ventriculum & præcordia, ut in tertianis nothis erraticis & quartanis duplis.

Oxysaccarum compositum Nicolai.

℞ *Capillorum Veneris,*
Linguæ Cervinæ, id est, Phyllitidis,
Scolopendrii, id est, Aspleni,
Polytrichi,
Hepaticæ,
Violarum,
Rad. Fœniculi,
Rusci,
Asparagi,
Graminis, an. unciam unam.

Omnia in granatorum acidorum succo macerentur per triduum, deinde parũ bulliant, & cum forti expressione percolentur, tandem cum Saccharo sufficienti ad formam Syrupi coquantur.

* Multi in Italia sumunt herbarum & radicum an. unciam unam, Succi malorum punicorum libras octo, & Sacchari albi puri libras duas, ne scilicet in tanta copia corrumpatur, sed semper recens sit ad manum, quem modum sequi maluimus. *

Ad eosdem affectus validior, diuturnis & nothis febribus, quas sanguis vel bilis fervidior excitavit, convenit, Epatis & lienis obstructionibus succurrit, & viscera nimium calida emendat.

Syrupus de Iujubis Mesuæ.

℞ *Jujubarum n° sexaginta.*
Violarum,
Sem. Malvæ, ana drachm. quinque.
Capilli Veneris,
Hordei mundati,
Glycyrhizæ, an. unc. unam.
Sem. Cydoniorum,
Papaveris albi,
Melonum,
Lactucæ,
Tragacanthæ, an. drach. tres.
Aquæ fontis libras quatuor, aut quãtum satis est, unde nonnulli sumunt sex (libras.
Sacchari lib. duas.

Coquantur secundum artem.

* Paratur etiam simplex in nonnullis officinis ex Iujubis centum in lib. quatuor ad dimidium coctis cum Sacchari libra una, ad destillationes & sputum incrassandum. *

CAPILLVS *Veneris opt. est Lugdunensis, qui in hoc Syrupo & aliis similibus ut de Glycyrhiza, de Hyssopo & de Capillo Veneris, debet sumi quàm max. recens, nam siccus nimis astringit & prohibet fluxiones.*

Confert raucedini, tussi & pleuritidi. Fluxionibus calidis convenit & sputo nimis tenui. Ad vesicæ ulcera quoq; Manardo autore utilis.

Syru-

Syrupus compositus Violarum Mesuæ.

℞ *Violarum uncias duas.*
Sem. Cidoniorum,
Malvæ, ana unciam unam.
Jujubarum,
Sebesten, an. n°. viginti.
Aquæ Cucurbitæ quantum sufficit.
Sacchari libram unam & semis.

Coquantur secundum artem.

Cucurbita debet distillari cum adhuc est tenera, & antequam indurescere incipiat.

Prodest pleuritidi & tussi à caussa calida.

Syrupus de succo Violarum.

℞ *Violarum recẽtium primum collectarum quantitatem satis magnam.*

Decerpantur purpurea foliola & abjiciãtur virides earum cauliculi, nam herbaceam habent acrimoniam, & floridum colorem hebetant. Contundantur deinde decerpta violarum folia in mortario marmoreo & exprimantur, deinde

℞ *Expreßi succi lib. duas.*
Sacchari lib. quatuor.

Saccharum prius clarificetur & ad justam consistentiam coquatur, amoto deinde ab igne Saccharo tepefiat, & succus infundatur, ac rursum lento igne ad spissitudinem coquatur. emicãtem verò spumam inter coquendum continuo auferre debemus. Quidam spumam non auferunt, ne color pereat, sed cito corrumpitur cum spuma repositus.

Bilis acrimoniam obtundit, & viscidam materiam in pectore ad expulsionem parat.

Syrupus de Prasio Mesuæ.

℞ *Prasii sive Marrubii non adeo sicci unc. duas.*
Glycyrrhizæ unc. unam.
Capilli Veneris,
Hyssopi, an. drach. sex.
Calaminthæ,
Anisi,
Rad. Apii,
Fœniculi, ana drachm. quinque.
Sem. Malvæ,
Fænugræci,
Rad. Iridis, an. drach. tres.
Sem. Lini,
Cidoniorum, an. drachmas duas.
Passularum enucleatar. uncias duas.
Ficuum siccarum pinguium n°. quindecim.
Penidiorum lib. duas, alii potius unam.

Mellis opt. lib. duas.

Aquæ quantum sufficit.

Coquantur secundum artem.

* Varie componitur à diversis, ut potiss. videre possumus ex Coudenbergio in Dispensatorio suo emendato, & apud Foesium. Nos communiorem retinuimus, quamvis doctioribus Syrupus de Hyssopo huius loco probetur. *

Vitiis thoracis & pulmonum diuturnis, & à frigore tenacique humore excitatis & expurgatu difficilibus succurrit, hinc senibus, & asthmaticis plurimum conducit.

Syrupus de Glycyrhiza Mesuæ.

℞ *Glycyrhizæ mundatæ uncias duas.*

Capilli Veneris unc. unam.

Hyssopi unc. dimidiam.

Aquæ lib. quatuor, aut quod satis est.

In aqua fervefacta macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur ad dimidias, colaturæ addantur

Mellis optimi,

Penidiorum,

Sacchari, an. unc. octo.

Aquæ rosarum stillatitiæ unciæ sex.

Fiat Syrupus secundum artem.

*Brasavola in examine Syruporum doctè disputat aquam stillatitiam rosarum & infusionis harum esse accipiendam. *

Thoracem & pulmones expurgat, diuturnæ tussi, pleuritidi & similibus morbis auxilium affert.

Syrupus de Hyssopo Mesuæ.

℞ *Hyssopi nonnihil aridi,*

Radic. Apii,

Fœniculi,

Petroselini,

Glycyrhizæ, an. drach. decem.

Hordei mundi unc. dimidiã.

Sem. Malvæ,

Cidoniorum,

Tragacanthæ, an. drach. tres.

Capilli Veneris drach. sex.

Jujubarum,

Sebesten, an. n°. triginta.

Passularum magnarum enucleatarum unc. unam semis.

Ficuum siccarum,

Dactylorum pinguium, ana n°. decem.

Fiat decoctio in justa quantitate aquæ ad libr. octo, ut dimidia pars consumatur, & expressioni addantur

Penidiorum alborum libræ duæ.

Fiat Syrupus.

Ad vitia thoracis & pulmonum est efficax, humoresque crassos & tenaces extenuat & educit.

Syrupus de Eupatorio Mesuæ.

℞ *Rad. Fœniculi,*

Apii,

Endiviæ, ana uncias duas.
Schœnanthi,
Cuscutæ,
Absynthii,
Rosarum, ana drach. sex.
Capill. Veneris,
Glycyrhizæ,
Bedeguar, id est, Spinæ albæ,
Suchahæ, id est, Spinæ Arabicæ vel Ægyptiæ,
Foliorum aut radic. Buglossi,
Anisi,
Fœniculi,
Eupatorii, id est, Agerati, an. drach. quinque.
Rhabarbari Orientalis,
Mastiches, an. drach. tres.
Spicæ Nardi Indicæ,
Asari,
Folii aut succedanei, ana drachmas duas.
Aquæ quantum sufficit, aut libras octo.
Succi Apii,
Endiviæ, an. libras duas.
Sacchari lib. quatuor.

Coquantur secundum artem.

* De hac compositione vide Matthiolum in suis Epistolis. Cum autem radicem Spinæ Aegyptiacæ sive Arabicæ nondum habeamus, duplum radicis Spinæ albæ, quæ nota est, accipi potest: vel in hujus penuria rad. Caryophyllatæ. *

Frigidis Epatis vitiis & eiusdem obstructionibus, aquæ intercuti, maloque corporis habitui succurrit. humores enim crassos extenuat, roburque jecinori adjicit, urinas movet & Hypochondriorum tensioni succurrit.

Syrupus de Stœchade simplex.

℞ *Florum Stœchadis drach. triginta.*
Thymi,
Calaminthæ,
Origani, an. drach. decem.
Anisi drach. septem.
Passularum enucleatarum uncias quatuor.
Aquæ quantum sufficit.

Coquantur secundum artem.
Colaturæ addantur
Sacchari vel Mellis opt. libr. quatuor semis.

Condiantur cum
Cinamomi,
Calami Aromatici,
Zingiberis, an. drachma una semis.

Ligentur in sindone & in Syrupo suspendantur.

Syrupus de Stœchade compositus Mesuæ.

℞ *Florum Stœchad. drachm. triginta.*
Thymi albi Cretici,
Calaminthæ,
Origani, an. drachm. decem.
Anisi,
Pyrethri, an. drach. septem.
Piperis longi drach. tres.
Zingiberis drach. duas.
Passularum enucleatarum unc. quatuor.

Aquæ

Aquæ quantum sufficit.
Mellis vel Sacchari opt. lib. quinque.

Coquantur ex arte lento igne, colaturæ addantur mellis prædictæ libræ quinque, & dum reponitur, condiatur sequentibus speciebus in sindone rara & munda suspensis:

℞ *Cinamomi,*
Calami aromatici, vel Schœnanthi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Zingiberis,
Piperis nigri,
longi, an. drach. unam semis.

Contundantur crassiusculè, & fiat Syrupus.

Vterque Syrupus tam simplex quã compositus juvat frigidos affectus cerebri & nervorum, pituitam incidit & digerit. Paralysi, Spasmo cynico, Cõvulsioni & Epilepsiæ succurrit. Ventriculum roborat. Estque compositus, ubi calore majore & incisione ac attenuatione opus est, efficacior.

Syrupus de Epithymo Mesuæ.

℞ *Epithymi drach. viginti.*
Myrob. Citrinorum,
Indorum, an. dra. quindecim.
Cuscutæ,
Fumi terræ, an. drach. decem.
Thymi,
Buglossi,
Calaminthæ,
Myrob. Emblicorum,
Belliricorum,
Glycyrhizæ,
Polypodii,
Agarici,
Stœchadis, an. drach. sex.
Rosarum,
Fœniculi,
Anisi, an. drach. duas semis.
Prunorum n°. viginti.
Passularum enucleatarum uncias quatuor.
Tamarindorum uncias duas semis.
Aquæ quantum sufficit, vel libras decem.
Sacchari lib. quatuor.
Sapæ lib. duas.

Coquantur secundum artem.

Bilem adustam & humores pituitosos ac melancholicos magis purgat quàm Syr. fumariæ, obstructiones validè aperit, unde utimur in occultis ulceribus, elephantia, lepra, cancro, fœda scabie, morbo Gallico ac similibus affectibus.

Syrupus de Nymphæa Francisci Pedemontani, in capite de intemperie calida Epatis.

℞ *Florum Nymphææ albæ uncias duas.*
Florum ungulæ caballinæ aquaticæ, sive Nymphææ luteæ:

luteæ: vel ut alii Tußilaginis,
Psylii integri,
Sem. Acetosæ, an. unc. unam.
Cucurbitæ,
Citrulli,
Cucumeris,
Melonis, ana drach. quatuor.
Lactucæ,
Scariolæ,
Endiviæ,
Portulacæ. ana drachmas duas.
Rad. Fœniculi unc. unam.
Aquæ Hordei quantum sufficit.
Sacchari lib. unam.
Aceti albi,
Succi Granatorum acetosorum, an. uncias duas.

Coquantur ſecundum artem, deinde aromatiſentur cum
Santali citrini,
Spicæ Nardi Indicæ, ana drach. una ſemis.

* Eſt & alia ſimplicior compoſitio ex floribus & Sacchàro, à Nicolao deſcripta, multis in in locis uſitata. *

Bilis flavæ fervorem ſedat, ideóque multum in ardentibus aliiſque acutis febribus valet, ſomnumq; conciliat.

Syrupus ſimplex de Papavere Meſuæ.

℞ *Capitum papaveris albi recent. cum ſemin.*
nigri recent. cum ſemin. ana drachmas ſexaginta, id eſt, unc. ſeptem ſemis.
Aquæ pluvialis lib. quatuor.

Coquantur usque dum remaneat tantum aquæ lib. una ſemis. Colaturæ adde
Sacchari,
Penidiorum, an. unc. ſex.

Fiat Syrupus ſecũdum artem.

Syrupus de Papavere parandus hyberno tempore, ex ſiccis capitibus papaverinis, Aquę & Sacchari doſin in duplo ſumendam requirit.

Prodeſt in Catarrhis calidis & ſubtilibus ac tuſſi, & cauſſam vigiliarum aufert.

Syrupus compoſitus de Papavere Meſuæ.

℞ *Capitum una cum ſeminibus Papaveris albi,*
nigri. ana drach. quinquaginta.
Capill. Veneris drachmas quindecim.
Glycyrhizæ drachm. quinque.
Jujubarum n°. triginta.
Sem. Lactucæ drach. quadraginta.
Malvæ,
Cydoniorum, an. drach. ſex.

Coquantur in lib. quatuor aquæ, usque ad duas & cum
Sacchari,
Penidiorum, an. unciis octo.

Fiat Syrupus ex arte.

* Meſue definit aquæ doſin libras quatuor, ſed experientia multorum docet, ſi debeant prius omnia aliquantiſper macerari, & poſtea incoqui, hanc menſuram non ſufficere,

cere, atque ideo peritiores huius artis accipiunt libras sex vel octo, & coquunt ultra dimidiæ partis consumtionem. *

Validior est priore, confert in tussi sicca, phthisi, catarrhis, in dysenteria & fluxu alvi à caussa calida & biliosa, vigiliis quoque subvenit.

Syrupus de succo Myrtillorum Mesuæ.

℞ *Succi Myrtillorum depurati lib. octo.*

Sacchari clarificati libr. quatuor.

Coquantur secundum artem.

Curandum est, ut afferatur ex Italia aut Narbonensi Gallia Myrtillorum succus, si quis volet hunc Syrupum conficere.

Ventriculum & viscera roborat, fluorem alvi inveteratum sistit, ac tussim mitigat.

Syrupus Myrtinus compositus.

℞ *Baccarum Myrti recent. drach. viginti.*

Santali albi,

rubri,

Sumach,

Balaustiorum,

Rosarum rub.

Berberis, ana drachm. quindecim.

Mespilorum drach. quinquaginta.

Coquantur in aquæ font. libris octo ad cõsumtionem medietatis, & colaturæ addantur

Succi Granat. acetosorum,

Cydoniorum, an. unc. sex.

Sacchari libræ tres.

Fiat Syrupus secũdum artem.

* Aliqui adjiciunt quoque succi pomorum acidorum uncias sex. *

Efficacior est simplice, ventris fluxum inveteratũ, & screatum ac sputum sanguinis sistit. Diabetem reprimit, & omnem nimiam evacuationem sistit.

Syrupus de succo Acetosæ Mesuæ.

℞ *Succi Acetosæ depurati libr. tres.*

Sacchari clarificati lib. duas.

Coquantur secundum artem.

Febribus biliosis & pestilentialibus salubre est, cordis & ventriculi igneum calorem sedat, ac viscera roborat.

Syrupus de succo Boraginis.

℞ *Succi Borag. depurati cum albumine ovi libræ octo, alii sex.*

Sacchari despumati lib. quatuor.

Florum Boraginis recent. lib. unam.

Contundantur aliquantulum & coquantur in aquę sufficienti quantitate, & colaturam affunde prędictis, ac fac secundum artem.

* Alii rectius hos Syrupos simplices parant solum ex succis & Sacchāro. Petrus Coudenbergius in ipso succo flores infundit, & parum fervefieri vel per aliquot horas in eo macerare solet. Venetiis (ut Melychius monet) infusione ter ad minimum iterata ac mutata utuntur, & ita fiunt suaviss. nam succi facile corrumpi solent.*

Cor ipsum roborat, eiusque syncopi & tremori succurrit, melancholicis & maniacis utiliter datur.

Syrupus de succo Buglossi.

℞ *Flor. Buglossi recent. libram unam.*
Succi Buglossi hortensis depurati lib. octo.
Sacchari libr. quatuor.

Fiat ut artis est.

Succus Buglosi difficulter exprimitur, nam fit mucilago dum tunditur, ideo contusa dimittenda est in frigido loco & postridie exprimendus succus, & cum albuminibus ovorum clarificandus.

Similiter, ut prior, cor & spiritus vitales roborat, ac melancholiam sedat.

Syrupus de Lupulo.

℞ *Succi Lupuli depurati libr. quatuor.*
Succi Fumi Terræ depurati lib. duas.
Sacchari libras quinque vel sex.

Coquantur secundum artem.

Potest etiam hic Syrupus fieri è solo Lupuli succo, ut Mesuæ placet in capite de speciebus volubilis. Exprimendus autem est succus Lupuli, cum adhuc teneræ sint eius viticulæ, & asparagi.

Refrigerat & sanguinem effervescentem contemperat ac purgat: Biliosis febribus & ictericis convenit.

Iulepum Rosatum.

℞ *Aquæ Rosarum lib. tres.*
Sacchari clarificati lib. duas.

Fiat cum diligentia secundum artem.

Febrium, thoracis & ventriculi incendia, caloremque igneum extinguit, & sitim commode sedat.

Iulepum Violatum.

℞ *Aquæ violarum lib. tres.*
Sacchari clarificati lib. duas.

Coquantur ut Iulepum Rosatum.

Febres, phlegmonas, pleuritides, asperitatem gutturis & thoracis, ac tussim mitigat.

Miva Cydoniorum simplex Mesuæ.

℞ *Succi Cydoniorum medii saporis depurati libr. duodecim.*

Coquantur in vase lapideo vel fictili, non æneo, ad medietatem, deinde affundantur
Vini veteris optimi lib. quinq.
Sacchari vel Mellis lib. tres.

Coquantur secundum artem.

Cùm Miva Cydoniorum sit ingratior secundùm dictum modum, posset sumi media pars succi & tantundem vini ad libras tres Sacchari & erit suavior. Decoctio enim longior in hac descriptione parat ingratum aliquid & amarum.

Ventriculum roborat ac reliqua viscera, biliosum fluxum alvi reprimit, ac vomitum sedat.

Miva Cydoniorum Aromatica Nicolai vel Mesuæ.

℞ *Succi Cydoniorum acidorum selectorum lib. viginti.*
Vini veteris optimi lib. decem.

Mellis aut Sacchari optimi despumati lib. sex.

Coquantur ad perfectionem & postea imponantur aromata sequentia in sindone ligata.

Cinamomi electi,
Cardamomi majoris, ana drachmæ tres.
Caryophyllorum drach. duæ.
Zingiberis,
Mastiches, ana drach. una semis.
Croci drach. duæ.
Xyloaloës,
Macis, ana drachm. una semis.

Omnia excepto Croco parum terantur, & in nodulo suspendantur, confricãdo donec crassescat, deinde ab igne sublata aromatisentur, cum

Moschi scrup. uno.
Trochiscorum Galliæ Moscatæ veræ drach. duabus.

Fiat ut est artis.

Ventriculum, Epar & cætera viscera roborat, appetentiam excitat, coctionem juvat, vomitum & lienteriam sedat.

Mel Rosatum Mesuæ.

℞ *Rosarum rubearum nondum penitus apertarum lib. duas.*
Mellis opt. libras sex.

Coquantur lento igne secundum artem.

Ventriculum roborat & abstergit, ac materiam pituitosam præparat in ventriculo & meseraicis contentam.

Mel Rosatum aliud efficacius.

℞ *Foliorũ rosarum rubearum nondum explicatarum contusorum libras duas.*

Coquantur in aquæ cœlestis lib. quatuor. Colaturæ forptiter expressę addantur

Succi rosarum Rubearum depurati,
Mellis optimi despumati, an. lib. quatuor.

Coquantur secundum artem.

Oxymel simplex Mesuæ.

℞ *Mellis optimi Aromatici ac despumati libr. quatuor.*
Aceti vini acerrimi,
Aquæ clarissimæ, an. lib. duas.

Mel cum aqua despumetur iterum diligenter, & ubi aqua fuerit consumta, tunc addatur acetum, & coquatur secundum artem.

* Cavendum tamen ne nimia coctione fiat ingratum. Galenus lib. 4. de tuenda valetudine docet multis verbis, quo modo vel merum vel dilutum recte parari debeat. non enim semper uno modo conficiendum. De quo videantur accuratiss. commentarii Hier. Mercurialis de compositione Medicamentorum lib. 3. cap. 8. *

Oxymel compositum Mesuæ.

℞ *Rad. excorticat. Fœniculi,*
Apii,
Petroselini,
Rusci,
Asparagi, an. unc. duas.
Seminum Apii.
Fœniculi,
Anisi, ana unciam unam.
Aceti acerrimi libr. unam, alii unam & semis.
Aquæ lib. sex, alii duodecim.
Mellis despumati opt. libr. duas, alii tres.

Coquantur secundum artem.

Humores crassos & pituitosos incidunt, attenuant & abstergunt, obstructiones tollunt Epatis, lienis ac renum, urinam ac sudorem movent.

Oxymel Scylliticum simplex Mesuæ.

℞ *Mellis despumati lib. tres.*
Aceti Scyllitici lib. duas.

Coquantur secundum artem.

Humores crassos lentos & tenaces separat & incidit, atque ideo ventriculi & aliorum viscerum affectibus ab his ortis confert, ructum acidum sanat, & vesicæ vitia. Asthmaticis quoque prodest.

Oxymel Scylliticum compositum.

℞ *Rad. Apii,*
Fœniculi, an. uncias quatuor.
Petroselini,
Rusci,
Asparagi,
Sem. Apii,
Fœniculi, ana unciam unam.

Bulliant in libris aquæ sex vel quantum sufficit in vase fictili, ad consumtionem dimidiæ aquę, deinde colentur. Colaturæ addantur

Aceti Scyllitici lib. una.
Mellis opt. despumati lib. duæ.

Coquantur iterum ad Syrupi formam.

Hoc validius incidit, attenuat, terget, obstructa aperit, in diuturnis, quartanis & quotidianis, quàm Oxymel compositum de radicibus.

Mel Anacardinum Azaravii.

℞ *Anacardos recentes,*

Terantur & in aqua coquantur, donec melleam quandam consistentiam in rubro colore fuscam remittant. eam aquam innatantem auferto ac reponito.

* Alia Compositio habetur apud Fuchsium: quæ in quibusdam locis usurpatur.*

Memoriæ jacturam emendat, ac nervorum resolutioni opem fert, nec non aliis morbis cerebri frigidis ac humidis.

Mel Emblicorum.

Mel Emblicorum, est mel in quo Myrobalani Emblici sunt conditi. Alii ita vocant Emblicorum decoctum ad mellis consistentiam inspissatum.

Aliis hæc compositio approbatur:

℞ *Myrobal. Emblicorum n°. quinquaginta.*

Cõtunduntur mediocriter & decoquuntur in libris tribus aquæ ad consumtionem duarum librarum. Colaturæ accipiatur libra una, & cum eadem quantitate Mellis simul coquatur ad justam consistentiam.

Mel Passulatum.

℞ *Uvarum passarum libr. quatuor.*

Infundantur in aquæ libras duodecim aut quantum sufficit.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur ad remanentiam tertiæ partis. Colentur & colatura coquatur ad mellis consistentiam.

APPENDIX.

Syrupus ex succo Acetosellæ sive Oxydis.

℞ *Succi depurati Acetosellæ libras duas.*

Sacchari clarificati libram unam.

Fiat Syrupus lege artis.

Hic est apud nos usitatiss. in febribus ardentibus & malignis, præsertim, ubi petechiæ apparent.

Parantur autem tales Syrupi simplices apud nos quamplurimi, ferme semper in proportione dupla succi ad Saccharum vel mel, interdum in subdupla.

Horum tantum nomina apponamus, ne nimis prolixi esse videamur. Sunt itaque hi præcipui Syrupi:

Cardui Benedicti.
Veronicæ.
Florum Pæoniæ præsertim plenæ.
Glycyrrhizæ.
Hyssopi.
Millefolii.
Malvæ.
Mercurialis.
Parietariæ.
Scabiosæ.
Tussilaginis.

Scordii.
Rubi Idaei.
Chamaemeli.
Cichorii.
Fragorum.
Portulacae.
Pirorum Moschatell.
Plantaginis.
De Hedera terrestri.
De Centaurio maiore, vulgo de Rhapontico.

Syrupus Refectivus sive Analepticus Valerii Cordi.

℞ *Dactylorum enucleatorum,*
Ficuum pinguium siccarum,
Xyloceratiorum exossatorum,
Uvarum Corinthiacarum sive Zibebarum passarum,
Uvarum passarum vulgarium majorũ & minorũ,
Tamarindorum enucleatorum, an. uncias quatuor.
Musti generosi recentis,
Succi Cydoniorũ selectorum, ana lib. sex.

Incidantur fructus in partes, passulae minores & Xylocerata modice contundantur, unumquodque per se. Deinde misceantur omnia & in fictili denso affundatur eis succus & mustum, macerenturq; horis viginti quatuor. Postea coquantur lento igne ad consumtionem tertiae partis, aut amplius. Colaturae affundantur lactis Amygdalini cum aqua rosacea librae duae, ex una libra Amygdalorum dulcium non nimis rancidorum expressi. Clarificetur deinde cum albuminibus ovorum duodecim.

Huic decocto clarificato addantur

Sacchari clarificati librae tres.

Coquantur ad perfectionem, & cum reponitur, tum suspendantur in Syrupum sequentes species crassiusculè tritae, & in sindone ligatae:

℞ *Cinamomi interioris optimi,*
Macis,
Nucis Moscatae,
Cardamomi,
Zingiberis,
Galangae,
Zedoariae,
Caryophyllorum, ana drach. duas.
Ligni Aloës drach. tres.

* Huiusmodi dilutum vel decoctũ fructuum ante perfectam coctionem, vocant Arabes Nabuh, quo utuntur pro vino & melle in calidis regionibus. *

Vtilis Syrupus quamvis nonnihil preciosior in morbis Chronicis, omnem cibum aversantibus, plurimum vires reficit, & multos deploratos alioqui sanitati restituit.

Syru-

Syrupus de Cinamomo.

℞ *Cinamomi opt. craßiuſcule pulveriſati unc. duas ſemis.*

Ponantur in cucurbitam vitream, & addantur

Aquæ Cinamomi optimi libræ duæ.

Stent in loco calido optime obturata ne quid evaporet, per horas viginti quatuor. Deinde fiat colatura cum expreſſione valida ſub prælo, huic rurſum imponatur tantūdem Cinamomi optimi. Eodemq́ue modo agatur, ut prius, idq́ue repetatur quatuor vicibus. Tum demum Cinamomo omni collecto, ſic infuſo, & poſt quatuor expreſſiones relicto affundatur libra una vini Malvatici generoſiſſimi. Stent pariter in infuſione, tandem valide exprimantur, & omnib. expreſſionibus addantur

Sacchari albiß. libra una.

Aquæ Roſarum odoratiß. unciæ duæ.

Decoquãtur in vaſe fictili probe tecto ad conſiſtentiam Syrupi.

Hæc quoque compoſitio ſatis eſt operoſa, & ſumtuoſa, attamen multum ſpiritus vitales, cor ac ventriculum reficit, quod uſus quotidie apud nos illius ſatis frequens confirmat.

Syrupus de Chamæmelo compoſitus.

℞ *Chamæmeli Italici odoratiß. unc. unam ſemis.*

Florum Malvæ,

Althææ, ana unciam dimidiam.

Rad. Glycyrhizæ,

Althææ,

Malvæ, ana drachm. quinque.

Saxifragiæ,

Petroſelini, an. unciam dimidiam.

Sem. 4. frigid. majorum ana drach. unam ſemis.

Althææ,

Malvæ, an. drach. duas.

Juniperi,

Aſparagi, ana drach. unam ſemis.

Decoquantur omnia in ſufficienti aquæ font. quantitate & colentur.

Colaturæ addantur

Sacchari opt. libræ tres.

Fiat ut artis eſt Syrupus.

Huius autor eſt Cl. vir D. Iohannes Prunſterus, olim apud nos Medicus celeberrimus, qui in affectibus nephriticis opt. ſucceſſu utebatur, atque ideo adhuc in officinis noſtris paratur.

Syrupus Althææ Fernelii.

℞ *Rad. Althææ unc. duas.*

Cicerum rubeorũ unc. unam.
Rad. Graminis,
Asparagi,
Glycyrhizæ mundat.
Uvarum passarũ expurgat. an. unciam dimidiam.
Summitatum Althææ,
Malvæ,
Parietariæ,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianthi utriusq; an. manip. unum.
Quatuor seminum frigidorum majorum & minorum an. drach. tres.

Coquantur ex aquæ libr. sex, dum quatuor supersint, cum Sacchari albi libris quatuor, ad consistentiam Syrupi.

Priore est temperatior, qui crassam obstruentemque pituitam, purulentamque saniem & arenulas blande expurgat citra manifestum calorem. Vrinæ præterea mitigat ardorem. Ita autem placuit etiam Italis, ut Romani in suum quoque Antidotarium transtulerint.

Syrupus de Symphyto eiusdem.

℞ *Radicum & summitatum Symphyti majoris & minoris, an. manipul. tres.*
Rosarum rubrarum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis, ana manipulos duos.

Et tusis omnibus recẽtibus exprimatur succus, coquatur & expumetur ad libr. tres, addendoque Sacchari albi libras duas semis, fiat Syrupus.

Tabidorum & ulceratorum pulmonum saniem ac pus blande ac leniter expurgat sine metu erupturi sanguinis, pulmonesque pariter corroborat.

Syrupus Melissæ eiusdem.

℞ *Radicum dictamni albi,*
Pentaphylli,
Betonicæ,
Doronici Romani, ana unciam mediam.
Folior. Melissæ,
Stœbes vel Scabiosæ,
Succisæ vel morsus,
Florum Buglossi utriusque,
Rorismarini, ana manipul. unum.
Semin. Acetosæ,
Citrii mali,
Fœniculi,
Cardui benedicti,
Ocimi, ana drachm. tres.

Coquantur in aquæ libr. quatuor

tuor ad dimidias: expresso addantur

Sacchari albi libræ tres.

Succi Melissæ,

Aquæ Rosarum, ana libra media.

Percoquantur in Syrupum conditum

Cinamomi & Santali Citrini an. uncia dimidia.

Ante alios Cordis palpitationi & syncopæ succurrit, peculiariter vero pestilentium & venenatorum morborum malignitatem obtundit.

Syrupus è Pomis Regis saporis apud Mesuen.

℞ *Succi Buglossi sativi & sylvestris an. lib. duas.*

Succi pomorum redolentium dulcium lib. tres.

Folliculorum Senæ uncias quatuor.

Croci drach. duas.

Conterantur folliculi & macerentur in succis horis viginti quatuor.

Deinde bulliant una atque altera ebullitione & colētur. deinde cum Sacchari puriss. libris tribus fiat Syrupus ut artis est. Crocus autem in panno lineo raro inclusus in decoctione coquatur & manibus confricetur. Alii infundunt Senam tantum in succo Buglossi utriusque, & alterum succum pomorum paulatim in fine coctionis addūt, & hac ratione Syrupus fit multo suavior.

Est & alius Syrupus de pomis compositus Mesuæ, descriptus ab eo in capite de dolore frigido capitis à melancholia orto, usitatus in multis officinis, præsertim in Italia, quem tamen, ne nimia copia lectorem obrueremus, cum in aliis Antidotariis sese offerat, & apud nos non sit in usu, hic ponere noluimus. Qui velit, reperiet ipsius diligens examen apud Hieronymum Mercurial. in lib. III. de Comp. Medicament. cap. VIII.

Confert in omnibus affectibus Melancholicis, & cordis robur auget.

Describitur à Mesue in capite de cura maniæ & melancholiæ sanguineæ.

Syrupus Caryophyllatus compositus.

℞ *Succi Borraginis lib. octo.*

Cort. Myrobal. Chebulorum.

Citrinorum,

Indorum. an. unc. unam.

Folior. Senæ mundat. uncias duas.

Capill. Veneris manipulum unum.

Chamæpyteos manipulum dimidium.

Rad. Polypodii quercini unciam unam semis.

Agarici albi drach. sex.

Glycyrhizæ mundatæ unciam dimidiam.

Zingiberis albi drach. duas.

Sem. Cichorii,
Endiviæ, ana drachm. unam.
Hyperici,
Pimpinellæ, ana drach. unam.
Genistæ scrup. quatuor.
Granorum Sambuci unciam dimidiam.
Sem. Urticæ drachm. unam semis.

Contusa omnia ac incisa infundantur in succo præscripto calefacto, quiescant per noctem, mane exprimantur & colaturæ addatur

Vvarum Passarum lib. semis.
Florum Caryophyllorum sive Tunicæ recentis.

Crassiusculè incisorum quantum satis est pro infusione.

Stent ita per horas octo in vase vitreato bene clauso, & iterum exprimantur, quod fiat tertia vice. Expressioni & Colaturæ addantur

Sacchari albi libræ sex.

Fiat Syrupus secundum artem.

In fine quidam imponunt pulverem Caryophyll. in petia ligatorum drachmæ unius.

Pituitam, & bilem utramq; leniter educit, & ab obstructionibus viscera liberat, simul ea corroborando.

In crebro usu fuit Cl. V. D. Hieronymo Heroldo apud nos olim Medico præstanti, à quo tempore adhuc utiliter parari apud nos solet.

Syrupus Florum pruni sylvestris.

Paratur ex multiplici infusione florum pruni sylvestris instar Syrupi Rosati solutivi.

Leniter purgat inprimis serosos humores.

Et sæpe in penuria Syrupi Rosati solutivi usurpari recte potest.

Syrupus de Spina Cervina.

℞ *Baccarum spinæ cervinæ sive infectoriæ maturarũ quantum sufficit.*

Contundantur in pila lapidea & exprimendo colentur.

Succus coquatur lento igne, donec quarta pars absumatur, atque iterum coletur.

Huius colati recipe lib. duas.
Mellis despumati uncias sedecim.

Coquantur simul in Syrupi bene cocti consistentiam, addendo in fine

Anisi,
Mastiches, an. drach. tres.
Zingiberis,
Cinamomi,
Caryophyll. ana drach. unam semis.

Vide præparationem paulo aliam apud Matthiolum in Dioscoridem libro 1. cap. CII. de Rhamnis, cum hunc fruticem nonnulli quoque Rhamnum purgantem appellent.

Bilem, pituitam, ac serosos potiss. humores edu-

res educit, unde usus eius in Cachexia & Hydrope. Prodest etiam podagricis, ubi ichores plurimum peccant. Quia vero adversetur nonnihil ventriculo, cum aqua tenuiore Cinamomi vel simili diluendus est.

Augustæ & alibi vocant Syrupum domesticum, quod familiariter eo uti queamus.

Syrupus Rosatus solutivus compositus cum Helleboro Montani.

℞ *Cortic. Myrobalanorum omnium an. uncias quatuor.*

Contundantur crassius & fricentur oleo Amygdal. dulcium recenti, ac infundantur in libris duodecim multiplicis infusionis Rosarum usitatæ per horas vigintiquatuor, deinde addantur

Foliorum Senæ,
Epithymi,
Polypodii, an. unciæ sex.
Seminum Citrii mali,
Glycyrhizæ, ana unciæ quatuor.
Caryophyllorum unc. una.
Cort. rad. Hellebori nigri veri drach. sex.

Decoquãtur omnia lẽto igne, ad quartæ partis consumtionem, addantur postea

Sacchari clarificati libræ quinque.
Rhabarb. Elect. in nodulo ligati drach. sedecim.

Fiat Syrupus secũdum artem.

Fuit hic Syrupus usitatus olim clariss. Medico Ioanni Baptistæ Montano, in affectibus Melancholicis, psora, lepra, impetigine, Cancro, & Morbo gallico.

Syrupus Rosatus solutivus compositus sine Helleboro.

℞ *Myrobal. omnium ana uncias duas.*

Contundantur crassius & fricentur oleo Amygd. dulc. recent. Infundantur in libris quindecim infusionis rosarum horis vigintiquatuor. Postea addantur

Rad. Polypodii unciæ duæ semis.
Sem. Cartami unc. una semis.
Anisi,
Fœniculi, an. drach. sex.
Fol. & folliculorum Senæ,
Epithymi recentis, an. uncia una semis.
Corticũ Citrii mali unc. una.
Caryophyllorum unc. media.
Nucis Moscatæ drach. tres.

Fiat iterũ infusio horis vigintiquatuor, ac post validiss. expressionem addatur ad liquoris binas quasque libras Sacchari libra una.

Est priore lenior, alioqui in iisdem affectibus usurpandus.

Syrupus Diasereos Andernaci.

℞ *Endiviæ latifoliæ recent.*

Cicho-

Cichorii, an manipul. unum.
Adianthi albi & nigri,
Eupatorii sive Agrimoniæ,
Scolopendrii veri sive Ceterach,
Lupuli,
Fumariæ, an. manipulum dimidium.
Granor. Halicacabi sive Alkakengi,
Cuscutæ, an. drach. tres.
Violarum pugillum unum.
Rad. Apii,
Fœniculi,
Asparagi, ana unciam dimidiam.
Polypodii quercini recentis unc. unam.
Glycyrhizæ mundat. drach. sex.
Seminis Cartami unciam unam semis.
Quatuor seminum frigidorum majorum an. drachmas duas.
Hordei non excorticati pugillos duos.
Sem. Endiviæ,
Cichorii, an drach. unam semis.
Uvarum passarum purgatar. unc. unam.
Prunorum Damascenorum paria decem.
Trium florum Cordialium ana pugillum unum.
Myrobal. Citrinorum,
Chebulorum, ana unc. dimid.

Omnia in aqua ad tertias decoquantur, & in huius colaturæ libr. una & dimidia macerentur seorsim

Rhabarbari selecti unc. duæ cum dimidia.
Agarici trochiscati unc. una.
Foliorum Senæ mundat. unc. una & dimidia.
Zingiberis,
Cinamomi, an. drach. una.

Expressis colatisque iterum addantur

Sacchari optimi libra una.
Syrupi rosati solutivi unciæ tres.

Mista omnia rursum modicè coquantur ad justam consistentiam.

* Hic Syrupus apud nos est & alibi usitatissimus, cuius descriptionem ex ipso autore de veteri & novo Medicina comment. II. dialogo septimo desumsimus. Nonnulli enim aliter parare solent.*

Pueris & imbecillioribus bile suffusis, vel obstructionem & duritiem viscerum sentientibus, aut lumbricis infestatis, ante cibum salubriter exhibetur. Datur & adultis in febribus præsertim nothis, ac peculiariter illis cōvenit, qui non accurata ratione victus utuntur, & inde corruptos humores colligunt, ac in febres diversas incidunt.

Mel Rosatum solutivum.

℞ *Infusionis multiplicis Rosarum,*

rum, ut ad Syrupum libras sex.
Mellis libras tres.

Fiat ex arte Mel Rosatum solutivum.

Nihil differt à Syrupo Rosato solutivo, nisi quod hoc magis quam iste pituitam abstergat atque evacuet, nec non appetitum excitet.

Mel Rosatum Anthosatum.

℞ *Mellis rosati simplicis libr. tres.*
Florum Rorismarini recent. manipul. sex.

Stent in infusione loco calido horis viginti quatuor, ac facta expressione fiat colatura & coquatur secundum artem.

Calefacit magis & corroborat viscera quam simplex mel rosatum.

Syrupus de Carthamo.

℞ *Adianthi,*
Hyssopi,
Origani,
Thymi,
Chamædryos,
Chamæpyteos,
Scolopendriæ,
Buglossi, an. manipulum dimidium.
Cuscutæ,
Vesicariæ, an. unc. semis.
Rad. Angelicæ,
Glycyrhizæ,
Fœniculi,
Apii,
Asparagi, an. unciam unam.
Ligni Tamarisci unc. semis.
Polipodii quercini unciam unam semis.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Ammios,
Dauci, ana unciam unam.
Sem. Carthami leniter contusi uncias quatuor semis.
Uvarum passarum enucleat. uncias duas.

Decoquantur in aqua ad tertias, & colentur, deinde addantur

Folior. Senæ mundat. uncia ana semis.
Agarici Trochisc. recentis uncia dimidia.
Zingiberis drachma una.
Rhabarbar. drach. sex.

Macerentur per noctem, & sequenti die cum valida expressione colentur, addatur Sacchari albissimi lib. una.

Syr. Viol. solut.
Ros. solut.
Acetosi simplic. ana unciæ duæ.

Et iterum modicè coquantur,
donec omnia crassescant.

Habentur & aliæ compositiones, sed hæc à D. Andernaco descripta aliis videtur esse preferenda.

Admodum leniter purgat corpus & educit pituitosos nec non serosos humores.

Syrupus Cardiacus.

℞ *Vini generosi Rhenensis libras duas.*
Aquæ rosaceæ unc. duas semis.
Caryophyllorum scrup. duos.
Cinamomi drach. mediam.
Zingib. scrup. duos.

Ligentur omnia in linteolo.

Sacchari optimi uncias tres cum dimidia.

Decoquantur ad consistentiam Iulepi, postea addantur

Ambræ grana tria,
Moschi granum unum in sindone infusi.

In magnis animi deliquiis hic Syrupus multum præstare potest.

Syrupus D. Augustini Nyphi.

℞ *Cort. Myrobalanorum Citrinorum,*
Rad. Rhapontici vulg. sive Centaurii majoris recēt.
Fol. Senæ,
Epithymi, an. unciam unam.
Polypodii quercini,
Fol. Fumi Terræ,
Lupulorum recent. ana libram unam.
Ivæ arthetice recentis unciam unam.
Glycyrhizæ contusæ,
Sem. Anisi, an. drach. tres.
Florum Boraginis,
Buglossæ,
Violarū, drac. duas.

Fiat omniū decoctio, ut moris est. Decocto excolato, quod erit ad libras duas, admisceatur

Succi Lupulorum,
Succi Fumi Terræ depurat. ana libra una.
Sacchari clarificati quantum satis fuerit.

Fiat Syrup. secundum artem, & condiatur cum

Pauculo Moschi & Ambræ.

Datur ab unciis quatuor, ad sex cum aqua lupulorum.

Hanc nobis descriptionem communicavit peritiss. rerum naturalium omnium & suæ inprimis artis pharmacopœus præcipuus Neapolitanus D. Ferdinandus Imperatus.

Sunt aliquot etiam aliç compositiones, sub nomine Syrupi de Polypodio in officinis Italicis usitatæ, quorum nonnullę, ut Patavii, recipiunt Hellebori nigri nonnihil. Sed cum hic Augustini Syrupus videatur fermè eadem simplicia continere, & pro arbitrio Medici alia addi quandoque possint, reliquas omittendas esse putavimus.

Syrupus iste sub nomine D. Augustini in Italia, præsertim Neapoli, est usitatiss. ad cutis vitia, morbum gallicum, Epatis calidum & siccam intemperiem, Quartanam ac lentum febrim. Educit pituitam salsam & humores melancholicos,

Syrupus de Hedera terrestri sive pulmonarius.

℞ *Hyssopi,*
Hederæ terrestris,
Veronicæ,
Pulmonariæ,
Melissæ, an. unc. dimidiam.
Vini optimi libras duas cum dimidia.

Infusione facta per aliquot horas coquatur, secũdum artem, addendo
Sacchari albiss. libr. unam.

Vsitatus est in vitiis pulmonis & phthisi ac aliis fluxionibus ad pectus decumbentibus.

Oxymel Helleboratum majus Iuliani.

℞ *Folior. Rutæ,*
Thymi,
Dictamni Cretici,
Hyssopi,
Pulegii,
Prasii albi,
Cardui benedicti,
Spicæ Celticæ.
Corticum Sambuci interiorũ, ana manip. unum.
Calaminthæ montanæ pugill. duos.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Ocimi,
Vrticæ Romanæ,
Anethi, an. drach. duas.
Rad. Angelicæ,
Althææ,
Ari,
Scyllæ præpar.
Turpeti,
Aristoloch. rotundæ,
longæ,
Iridis,
Costi sive Zedoariæ aut Helenii,
Polypodii, an. unciam unam.
Hellebori nigri,
albi præpar. ana drach. tres.
Esulæ præparatæ drach. duas.

Infundantur triduo in libris septem aceti acerrimi & Sapæ unciis duabus, vase vitreato benè obturato, ad Solẽ sive ad fornacem, deinde eodẽ vase vel lapideo decoquantur ad medias, sub finem decoctionis ad consumtionem aceti addantur
Agarici electi drachmæ duæ.

Coletur & cum mellis Rosati, cui cortices Citri fuerint infusi, & Sacchari ana libra una, fiat Syrupus, sub finem aromatisetur cum

Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ,
Macis, an. drach. una:

Pulverisatis ac mistis.

Hoc Medicamentum summopere ubique in suis scriptis, potiss. in appendice ad Euporista Dioscor. commendat D. Gesnerus, apud quem de eius multiplici utilitate plura legi poterunt.

Præcipuus eius usus in Epilepsia, Asthmate, & aliis plurimis morbis à materia frigida, crassa & tenace, itemque à Melancholia dependentibus.

Syrupus de Betonica simplex.

℞ *Succi Betonicæ depurati libr. tres.*
Sacchari clarificati libram unam semis.

Fiat Syrupus secundum artem.

Ad capitis & uteri vitia ac menses movendos utilis.

Syrupus de Betonica compositus.

℞ *Betonicæ manipul. tres.*
Majoranæ manipul. unum semis.
Thymi,
Rosarum, ana manipulum unum.
Violariæ,
Stœchadis,
Salviæ, ana manipulum semis.
Sem. Fœniculi,
Anisi,
Ammeos, ana unciam semis.
Rad. Pæoniæ,
Polypodii,
Fœniculi an. drach. quinque.

Fiat decoctio in quantitate sufficiente aquæ ad medii consumtionem, colaturæ addantur

Succi Betonicæ libræ duæ.
Sacchari quantum satis est.

Fiat Syrupus.

Validior est priore, quamvis hic non adeo ut ille sit in usu.

Syrupus de Raphano Fernelii.

℞ *Radicum Raphani domestici & sylvestris ana unciam unam.*
Saxifragiæ,
Rusci,
Levistici,
Eringii,
Ononidii,
Petroselini,
Fœniculi, ana unciam mediam.
Foliorum Betonicæ,

Pim-

Pimpinellæ,
Pulegii,
Cymarum Vrticæ,
Nasturtii,
Crythmi,
Gallitrichi an. manip. unum.
Fructus Halicacabi,
Jujubarum ana n°.
Seminis Ocymi, (viginti.
Bardanæ,
Petroselini Macedo.
Seselios,
Carui,
Dauci,
Lithospermi,
Cort. radic. Lauri ana drachmas duas.
Uvarum passarum expurg.
Glycyrhizæ ana drachm. sex.

Coquantur quo decet ordine in aquæ libris decem dum sex supersint, è quibus cum Sacchari libris quatuor & mellis exspumati libris duabus, Syrupus fiat clarus & conditus

Uncia una Cinnamomi,
& uncia media Nucis Moscatæ.

Syrupus Capilli Veneris simplex.

℞ *Aquæ decoct. Capillorum Veneris libras tres.*
Sacchari libras duas.

Fiat Syrupus.

Syrupus Capilli Veneris compositus.

℞ *Capillorum Veneris uncias quinque.*
Glycyrhizæ uncias duas.
Aspleni manip. unum.

Macerentur in aquæ libris sex, horis viginti quatuor, deinde coquantur ad medietatis consumtionem. Colaturæ libris tribus adde

Sacchari clarificati,
Penidiorum,
Aquæ Capillorum Veneris, ana uncias octo.

Fiat Syrupus.

Syrupus Corticum Citri simplex.

Fit ex Cortic. Citri majorum sufficienti quantitate in Iulepum propè coctum injecta, & is plerumq; sine Moscho dicitur.

Syrupus Corticum Citri compositus.

℞ *Cort. Citri recentium libram.*
Granorũ Chermes dra. duas.
Aquæ fontis libras quinque.

Coquantur ad duarum partium consumtionem, adde Colato

Sacchari opt. libram unam.

Fiat Syrupus cum *Moschi granis quatuor* aromatizatus.

DECOCTA.

Decoctum Florum & Fructuum.

℞ *Caricarum n°. quinque.*
Prunorum Damasceno. n°. quindecim.
Jujubarum,
Sebesten, an. n°. viginti.
Tamarindorum unc. unam.
Florum Rosarum,
Violarum,
Boraginis,
Buglossi, ana drach. unam.
Capillorum Veneris,
Lupulorum,
Endiviæ, an. manipul. semis.
Glycyrhizæ drach. duas.

Incidantur & contundantur, ac fiat decoctum ad usum.

Decoctum commune Guaynerii.

℞ *Hordei mundi integri uncias quatuor.*
Prunorum siccorum dulcium n°. duodecim.
Glycyrhizæ mundæ,
Tamarindorum enucleatorum,
Passularum, an. unc. dimid.
Seminum Anisi,
Fœniculi, ana drac. tres.
Aquæ fontanæ libr. quatuor, alii tres.

Bulliant lento igne, dum aquę dimidium sit absumtum, & coletur.

Paratur etiam crebro cum foliis Senæ, addendo eorum uncias duas; & vocatur tum Decoctum commune cum foliis Senæ.

Vtimur hisce duobus decoctis utplurimum ad alia Medicamenta præscripta dissolvenda.

Decoctum Pectorale.

℞ *Uvarum passarũ minorum mundat. unciam unam.*
Sebesten,
Jujubarum, an. n°. quindecim.
Dactylorum n°. sex.
Caricarum pinguium n°. quatuor.
Hordei purgati unc. unam.
Glycyrhizæ unc. mediam.
Capilli Veneris manipulum dimidium.
Hyssopi drach. duas.

Aquæ quantum sufficit.

Fiat decoctio ad tertiæ partis consumtionem.

In calidis fluxionibus & morbis solemus Hyssopum omittere.

Decoctum Aperiens majus.

℞ *Herbar. Endiviæ,*
Cichorii,
Fumi Terræ, an. manipul. unum.
Eupatorii,
Boraginis,
Buglossi,
Cuscutæ,
Scolopend. veri, ana manipul. semis.
Glycyrhizæ mundæ,
Rad. Fœniculi,
Apii,
Petroselini,
Passularum, ana unciam semis.
Sem. Anisi,
Fœniculi, an. drach. duas.
Comarum Thymi,
Epithymi an. drac. unam semis.
Corticum rad. Tamarisci,
Cort. rad. Capparum, ana drach. duas.
Fol. Senæ uncias duas.
Polypodii quercini unciam unam.
Agarici electi unc. semis.

Incidantur & contundantur quæ debent, conterantur & misceātur omnia simul, ac usui serventur pro decocto.

Talibus utimur cum Syrupis, vel etiam sine Syrupis, aquæ destillatæ non admittuntur.

Decoctum Aperiens ac leniens minus.

℞ *Herb. Agrimoniæ,*
Lupulorum,
Cichorii,
Cuscutæ,
Betonicæ,
Ceterach,
Endiviæ,
Fumi Terræ, ana uncias duas.
Rad. Apii,
Fœniculi,
Petroselini,
Acori,
Glycyrhizæ, an. unc. quatuor.
Asari unc. semis.
Sem. Anisi,
Fœniculi, an. unc. unam.
Polypodii quercini uncias duodecim,
Prunorum Damascenorum,
Ficum pinguium, an. n°. triginta duo.
Passularum uncias quatuor.
Senæ mundatæ unc. unam.

Florum

Florum Boraginis,
Buglossæ,
Violarum,
Rosarum rubear.
an.unc.unam.

Incidantur ac contundantur, & misceantur omnia simul.

Decoctum Aperiens majus cum Rhabarbaro.

℞ *Specierum decocti aperientis majoris & lenientis minoris, an. unc. tres.*

Decoquantur in aquæ libris sex ad consumtionem duarum librarum, colaturæ fervidæ infundantur

Rhabarb. electi uncia semis.
Cinamomi drach. duæ.
Salis gemmæ scrup. unus.
Spicæ Indicæ scrup. duo.
Specierum Diarhod. Abbat. scrup. quatuor.
Sacchari unciæ duodecim.

Misceantur ad usum.

AQVÆ DESTILLATÆ COMPOSITÆ.

Aqua Caponis Florentinorum.

℞ *Capones duos bene nutritos & pingues.*

Coquantur tamdiu donec ossa separentur nõnihil à carnibus, exprimatur validè, & colatus ac expressus liquor asservetur. Deinde sumatur alius Capo & coquatur unica ebullitione dum mollescat, incidatur & contundatur. Postea in cucurbitæ vitreæ fundum ponantur duo aut tres manipuli Boraginis, & supra illã buccellæ panis albiss. & levis, qui ubi totum liquorem priorem sive jusculum expressum imbiberit, supra hunc panem alter posterior capo collocetur, ac destilletur in balneo ut artis est. Notandũ autem, ne liquor, qui posterius exit, cum priore misceatur, nam saporis est valdè ingrati.

Roborat plurimum atque nutrit corpora exhausta, & atrophia similibusque malis affecta. Possunt autem & alia addi, vel in alembici rostro poni, pro arbitrio Medici.

Aqua Pullorum apud eosdem.

℞ *Pullos gallinaceos*, Mense Martio vel Aprili exclusos, quot volueris, in aliqua arca sive alio vase per quatuor dies includãtur, ut purgentur: deinde in aquam bullientem injiciantur, & subito rursum extrahantur, ab intestinis & omnibus sordibus mundentur, & pro eorum decem libris adjiciatur una libra Aceti validi, stent aliquantisper simul. deinde laventur aqua clara bis terve, detergantur panno lineo tenero, & tandem laventur ex vino albo ac rursum nonnihil siccentur, & destillentur, ponendo in fundo cucurbitæ aliquid foliorum Boraginis absque tamen pane, ut antea monuimus.

Phthisicis est potus admodum conveniens, præsertim ubi febris aliqua est adjuncta.

Aqua Caponis contra angustiam Pectoris.

℞ *Caponem* aliquot annorum suffocatum & præparatum. s. a. qui vino generoso lavetur, ac in frusta concisus, coquatur in aqua fontana, donec caro ab ossibus separetur. ponatur in phiala vitrea, in qua substernantur sequentia carnibus alternatim:

℞ *Herbæ Melissæ,*
Hyssopi,
Tussilaginis,
Capill. Veneris,
Scabiosæ,
Rutæ murariæ, ana manipul. unum.
Florum Rosar. rub.
Violarum,
Buglossæ,
Borag. an. manipul. dimidium.
Sem. 4. frig. major. an. scrup. quinque.
Fœniculi,
Anisi, an. drach. unam.
Fruct. Jujubarum,
Sebesten, an. n°. novem.
Passularum parvarum,
majorum. ana drach. sex.
Glycyrhizæ unciam dimidiam.
Cortic. Citrii pomi drachm. unam & dimidiam.
Rad. Helenii drach. duas.
Iridis drach. tres.

Althææ unciam dimidiam.
Caricar. pinguium n°. septem.

Affundatur *Aquæ Rosarum,*
Violarum,
Boraginis,
Tußilaginis,
Melissæ, an. libr. dimidia.

Stent omnia in infusione per horas 24. in loco calido, & destillentur secundum artem in balneo, addendo
Specierum de Gemmis frig.
Diarhod. abbatis.
Aromatici Rosat.
Diapliris arcon. cum Moscho, an. drach. unam.

Servetur ad usum in vitro bene obturato.

Aqua alia validior contra difficultatem spirandi.

℞ *Radicum Petroselini,*
Fœniculi,
Agarici albi, an. drach. sex.
Cinamomi optimi,
Cubebarum,
Piperis,
Anisi,
Nucis Moscatæ,
Macis,
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Granorum Paradisi ana drach. tres.
Florum Salviæ unciam unam.
Scabiosæ,
Tußilaginis, an. unc. mediam.
Vini libras quatuor.

Infundatur per diem naturalem in loco calido, ac deinde fiat destillatio per balneum.

Aqua contra Apoplexiam.

℞ *Florum Lilii convallii manipul. sex.*
Fol. Salviæ manip. tres.
Flor. Lavẽdulæ manip. semis.
Sem. Pæoniæ unciam semis.
Visci quercini,
Rad. Dictamni albi,
Caryophyllatæ, ana unc. unam.
Herb. Majoranæ,
Bethonicæ,
Primulæ veris, an. manip. unum semis.
Pulegii,
Polii montani,
Origani Cretici,
Thymi Cretici, an. manip. unum.
Rad. Pæoniæ,
Baccarum Lauri, ana unciam dimidiam.

Granorum Juniperi unciam unam ac dimidiam.
Calami aromatici,
Zedoariæ,
Corticum Citrii pomi,
Piperis longi,
nigri, ana unciam mediam.
Sem. Coriandri præpar.
Cardamomi,
Cubebarum,
Erucæ,
Castorei, an. drach. duas.
Zingib. albi,
Caryophyllorum,
Cinamomi optimi,
Galangæ, ana drach. unam semis.
Granorum Paradisi,
Nucis Moscatæ, an. unciam dimidiam.
Caricarum pinguium uncias quatuor.
Myrrhæ optimi scrupul. quatuor.

Pulverisentur & infundantur in vino opt. rectificato per destillationem, quantum satis erit, & destillentur per balneum secũdum artem.

Aqua Cinamomi contra Epilepsiam.

℞ *Cinamomi opt. lib. unam.*
Sem. Pæoniæ recent. unciam unam.
Gallitrichi,
Caryophyllorum, ana drach. quinque.
Visci quercini,
Rad. Pæoniæ, ana unciam dimidiam.

Incisis & contusis, macerentur in aqua Cinamomi quantum sufficit, per dies octo, deinde fiat destillatio per balneum.

Aqua D. Iohannis Langii contra Epilepsiam.

℞ *Florum Lilii convall. manipulos sex.*

Infundatur Mensuræ vini Cretici aut Moscatelli, aut alius generosi, in eoque per dies quinque vel sex infusi permaneant, mox destillentur in balneo. Deinde
Cinamomi drach. sex.
Nucis Moscatæ drachm. quatuor.
Piperis longi drach. duas.
Florum Lavendulæ vnc. unam.
Rorismarini,
Stœchados, an. unciã mediam.
Cubebarum drach. duas.
Visci quercini,
Rad. Pæoniæ maris, si haberi potest,

Dictamni albi sive Fraxinellæ, an. unc. dimidiam.

Omnia crassiusculè contrita, rursum in superiore vino stillatitio per dies octo macerentur loco aprico, postea destillentur ut supra.

Hanc genuinam descriptionem à familiaribus Langii, quibus ipsemet eam dedit, accepimus. Quamvis in lib. Epist. III. cap. I. addantur Caryophyll. Macis. ana scrupuli duo, & pondera nonnihil varient. Alii quoque adjiciunt Scyllæ præparat. drachmam unam & dimidiam, quod minime improbandum.

Ad præservandum, bis vel semel in hebdomade cochleare unum, proximo die ante novilunium & plenilunium; ad curationem plusculum dari potest. Fiunt etiam ex hac aqua cum Saccharo Manus Christi ad epilepsiam & apoplexiam, & carum efficaces.

Aqua Salviæ composita.

℞ *Herbar. Salviæ manip. unum.*
Primulæ veris pug. duos.
Florum Jaceæ sive Trinitatis manip. semis.
Boraginis,
Lavendulæ,
Buglossæ,
Cichorei, an. pug. duos.
Sambuci mani. semis.
Rad. Iridis unc. dimidiam.
Sem. Hyperici drach. sex.
Aquæ Salviæ simplicis,
Primulæ veris,
Lavendulæ, ana unc. unam semis.
Sambuci,
Chamæmeli,
Aquæ rosarum, an. unciam unam.
Vini Cretici lib. unam semis.

Maneant mista omnia in vitro per noctem, deinde destillentur per balneum.

Admodum sudorifica est aqua, & in morbis frigidis opt. convenit, tam intra corpus exhibita, quam si eâ membra debilia inungantur.

Autor fuit Cl. V. D. Hieronymus Heroldus olim hic Medicus celebris.

Aqua Vitæ Arnoldi de Villa nova.

℞ *Rad. Dictamni albi,*
Succisæ,
Tormentillæ,
Imperatoriæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ,
Angelicæ,
Bistortæ, an. unciam unam.
Santalor. rubr.
Boli Armeni,
Mithridatii,
Theriacæ, ana unciam dimidiam.
Camphoræ drach. semis.
Vini optimi stillatitii libr. tres.

Fiat infusio secundum artem.

Vsus in peste aliisve morbis contagiosis.

Aqua Lugdunensis Theriacalis.

℞ *Vini opt. destillati aliquoties,*
Vini Cretici,
Aceti acerrimi, in quo semina rutæ fuerint incocta, ana lib. duas.
Theriacæ select.
Mithridatii optimi, an. libr. unam.

Misceantur ac agitentur sæpius, ac insolatu vel tepore furni, summo fastigio illius imposita, postquam exemtus erit panis, modicè aliquandiu calefiant, ac deinde asserventur usui.

* Hæc descriptio ad hunc modum nobis fuit communicata, posset tamen communiter libra dimidia quoque Theriacæ & Mithridatii sufficere. *

Lugdunenses Medici, ut ad nos scripsit D. Iacobus Dalechampius p. m. vir inter ipsos celeberrimus & humanissimus, efficacius remedium nullum experti sunt hac aqua, quam cæteris non omissis quæ ad hanc rem pertinent, ad præcautionem à lue pestifera exhibuerunt mane, ad cochlearia duo; in curatione vero uncias duas cum Aquæ Scabiosæ vel Cardui benedicti unciis sex dederunt.

Aqua Scordii composita.

℞ *Succi Galegæ sive Rutæ,*
Caprariæ,
Acetosæ,
Scordii,
Citrii pomi, an. lib. unã.
Theriacæ opt. unc. unam.

Misceantur omnia simul & macerentur in aqua tepida, postea in duplici vase destillentur.

Vsus ab uncia dimidia ad integram mane vel vesperi ante cibum. Cui aliud quippiam Antidoti pro ratione morbi admisceri potest. Hanc aquam summopere commendat Petrus Salius de febre pestilente cap. 23.

Aqua Stomachica.

℞ *Rhabarb. opt.*
Masticheś,
Caryophyllorum,
Myrobal. Chebul. ana unciam unam.
Vini Malvatici vel alterius optimi lib. duas.

Macerentur simul per quatriduum, deinde fiat destillatio per balneum.

Hanc in usum ante multos annos hic introduxit D. Hieronymus Donzellinus Medicus doctiss. p. m. ex inventione Manardi ad ventriculi debilitatem & nimiam humiditatem.

Aqua contra Calculum eiusdem.

℞ *Vini Malvatici mensuram unam.*
Nucleorum Persicorum n°. quinquaginta.
Cerasor. acidorum n°. centum.
Florũ Sambuci unc. quatuor.

Fiat destillatio in balneo secundum artem.

Pro præservatione singulis septimanis sumi possunt unciæ duæ, mane in lecto. Admiscetur quoque aliis Medicamentis.

Alia validior.

℞ *Rhabarb. Electi drach. tres.*
Corticum Caßiæ unciam dimidiam.
Sem. Anisi,
Fœniculi, an. drac. unam.
Glycyrhizæ drach. sex.
Lapidis Judaici unciam dimidiam.
Agarici albiß. & leviß.
Zingiberis,
Cinamomi,
Galangæ,
Macis, an. scrupul. duos.
Baccarum Juniperi drachm. quinque.
Mithridatii drach. tres.

Contundenda contundantur per se, & omnia infundantur in vitreo vase in vini opt. destillati unciis sedecim per triduum ad Solem, addatur deinde vini Malvatici tantundem, & rursum soli exponatur per dies quatuor decim, indiesque agitentur, postremo coletur ac usui servetur.

Alii non male, præsertim ubi renes nimis sunt calidi, loco Malvatici sumunt Aquam Saxifragiæ, & Fragorum.

Aqua Nephrytica alias Cardinalis dicta.

℞ *Equiseti,*
Plantaginis,
Rosarum rub.
Granorum Halicacabi,
Radicum Althææ,
Glycyrhizæ mund. ana unc. unam.
Jujubarum,
Sebesten ana drachmas sex.
Boli Armeni unc. mediam.
Quatuor seminum frigidum majorum mundatorum ana drachmas tres.
Seminis Papaveris albi drachmas sex.
Cydoniorum unciam mediam.
Seri Caprini libras sex.

Relinquantur per biduum in infusione, posteà destillentur artificiosè.

Aqua Theriacalis Rondeletii.

℞ *Theriacæ antiquæ optimæ uncias sex.*
Mithridatii opt. unc. tres.
Rad. Helenii unc. duodecim.
Gallitrichi manipul. duos.
Chelidonii majoris manipulum unum.

Infundantur per diem & noctem in vini Malvatici sufficiente

ciente quantitate, contusis ac concisis omnibus ac destillentur.

Aqua Theriacalis Sylvii.

℞ *Ligni Guaiaci libram unam & mediam.*

Aquæ simplicis lib. octo.

Vini albi libras duas.

Aquæ Fumariæ,

Cichorii,

Chamæmeli, ana libr. unam.

Macerentur per noctem in loco calido vel super cineres calidos, deinde addantur

Polypodii quercini lib. dimid.

Epithymi selecti unciæ duæ.

Asparagi,

Conser. Rosarum,

Cichorii,

Boraginis,

Buglossi, an. unc. duæ.

Theriacæ selectæ,

Conservæ Helenii, ana uncia una.

Alii addunt Cinamomi unciam unam.

Destillentur in vase duplici bene obturato. Quod si velimus, possumus addere Tribus unciis Theriacalis huius aquæ Sacchari unciam unam, Cinamomi drachmam unam, & rursum percolare.

Datur tum in aliis affectibus frigidis, tum potiss. in morbo gallico, ad sudores provocandos, præsertim in illis qui decoctum bibere nequeunt.

Acetum Theriacale.

℞ *Rad. Chelidon. majoris unc. unam semis.*

Angelicæ,

Ostrucii,

Gentianæ,

Bistortæ sive Serpentariæ,

Phu veri,

Pimpinellæ,

Dictamni albi,

Helenii,

Zedoariæ, ana drachmam unam.

Plantaginis majoris drachmam unam & dimidiam.

Fol. Pilosellæ,

Salviæ,

Scabiosæ,

Scordii,

Cardui benedicti, ana manipul. dimid.

Cortic. & sem. Citri, an. drac. unam semis.

Boli Armeni oriental. drach. unam.

Croci drach. tres.

Cornu cervini drach. unam semis.

Ex his Crocus, Cornu cervinum, Dictamnus albus & Bolus

Bolus Armenus in linteolo ligentur, ac macerentur in libris quinque Aceti acerrimi per diem ac noctem: deinde in fictili vitreato bene clauso lento igne coquantur ad consumtionem tertiæ partis. In Colatura dissolvantur Theriacæ optim. drach. quinque.

Vtimur tempore pestis & in morbis venenatis tam intra quam extra corpus.

Aqua Vitæ.

℞ *Cinamomi electi unciam dimidiam.*
Zingiberis unciam unam.
Caryophyllorum,
Nucis Moscatæ,
Granorum Paradisi, an. unciam semis.
Ligni Aloës,
Macis,
Piperis longi, an. drach. duas.
Florum Salviæ odoratæ libr. unam, alii dimidiam.
Cardamomi,
Mastiches,
Cubebarum,
Calami Aromatici,
Galangæ, ana drachmam unam semis.
Florum Rosarum rubearum drachmas duas.
Citrariæ unciam semis.
Corticum citriorũ drach. sex.
Baccarum lauri,
Stœchad. Arabic. an. unciam semis.
Rorismarini,
Majoranæ,
Lavendulæ,
Melissæ,
Betonicæ, an. drach. sex.
Rutæ unciam mediam,
Castorii,
Spicæ Indicæ, an. drachmam unam.

Pulverisentur omnia mediocriter, & infundantur per decem dies in
Vini Malvatici destillati libris octo.
Vini destillati opt. lib. duabus.

Destillentur lẽto igne in alembico bene obturato, & infundantur in linteolo
Ambræ Cinereæ,
Moschi opt. an. drach. semis.

Servetur in vitro benè obturato ne evaporet.

Aqua Aromatica per infusionem parata.

℞ *Macis unciam dimidiam.*
Nucis Moscatæ drach. duas.
Galangæ,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Granorum Paradisi,

Florum

Florum Rorismarini,
Lavendulæ, ana drach. unam.
Cardamomi,
Cubebarum, an. drach. semis.

Pulverisata infundantur in vino Malvatico quantum satis fuerit, & servetur usui.

Aqua pro Epithemate cordis sive Extractum Cordiale.

℞ *Specier. Diamoschi dul.*
Diambræ,
pro Epithemate Cordis, an. drac. duas.
Rosarum rub. odoratiß. unciam unam.
Santalorum omnium ana drachmas duas.
Iridis florent. drach. tres.
Cortic. Arantiorum,
Citriorum, ana unciam unam.
Boli Armeni oriental. drach. duas.
Aquæ rosarum libras quatuor.
Vini odorati lib. unam ac dimidiam.
Aceti rosacei lib. unam.

Incisis & contusis omnibus, infundantur & destillentur secundum artem.

AQVÆ DESTILLATÆ SIMPLICES.

Abrotoni.
Absynthii nostri & Pontici.
Acetosæ.
Acetosellæ.
Agrimoniæ.
Althææ.
Alchimillæ.
Anagallidis.
Angelicæ.
Anisi.
Anethi.
Artemisiæ.

Barbæ hirci.
Basilici.
Betonicæ.
Betulæ arboris.
Borraginis.
Buglossi.
Bursæ pastoris.

Calendulæ.
Calaminthæ vulgaris & montanæ.
Calami Aromatici.
Capilli veneris.
Caprifolii florum.
Cardui benedicti.
Centaurii majoris & minoris.
Cerefolii.
Cerasorum.
Ceterach.
Chamædryos.
Chamæpyteos.
Chamemeli vulg odorati.
Consolidæ majoris.
mediæ.
regalis sive Calcatrippæ.
Cuscutæ
Cydoniorum.

Endiviæ.
Euphragiæ.
Epaticæ sive lichenis.
Ebuli.
Eupatorii Avicen.

Fabarum ex florib.
Fœniculi herbæ & seminis.
Fragariæ.
Fragorum.
Fumi Terræ.
Fungorum.

Genistæ florum.
Gentianæ radicum.
Graminis.
Gratiolæ.

Halicacabi.
Hederæ terrestris.
Hyperici.
Hyssopi.

Iridis.
Iuniperi ex granis.

Lactucæ.
Lavendulæ cum & sine vino.
Leucoii sive Keyri.
Ligustici vulgaris.
Ligustri florum.
Linariæ.
Lilii conuall. cum & sine vino.
Liliorum alborum.
Lupuli.

Macis.
Majoranæ.
Malvæ.
Marrubii.
Matricariæ.
Mellis.
Meliloti.
Melissæ communis.
Melissæ Turcicæ.
Melonum.
Menthæ.
Mercurialis.
Milii solis.

Nasturtii.
Nucum immaturarum.
Nucis Moscatæ.
Nymphææ.

Origani.

Pæoniæ.
Papaveris sylvestris & hortensis.
Parietariæ.
Petroselini.
Pirorum sylvestrium.
Plantaginis.
Primulæ veris.
Portulacæ.
Prasii.
Prunii sylvestris florum.
Prunellæ.
Pulegii.

Quercus Cimarum sive foliorum.

Raphani.
Rosarum rubrarum.
albarum.
incarnatarum.
Rosarum calicum.
Rorismarini.
Rubi Idæi.
Rumicis.
Rutæ.

Sabinæ cum vino.
Salviæ hortensis & sylvestris.
Sambuci florũ & corticum.
Saxifragiæ.
Scabiosæ.
Scordii.
Scolopendriæ sive Phyllitidis.
Sedi sive sempervivi.
Senecionis.
Serpilli.
Sigilli Salomonis sive Polygonati.
Solani.
Spinæ albæ vulg.
Spicæ Nardi.
Squammatæ radicis.
Stœchad. Arabicæ.

Tabaci sive Peti.
Taraxici.
Tanaceti vulgaris & anglici odorati.
Tiliæ florum.
Tormentillæ.
Tragopogi.
Tussilaginis.

Valerianæ.
Verbasci.
Verbenæ vulg.
Veronicæ.
Violariæ ex herba & floribus.
Vincetoxici.
Vitium lachrymæ.

Zedoariæ.

ROB SIVE SAPÆ.

Rob de Ribes simplex.

℞ *Succi Ribes lib. octo.*

Coquantur per se ad spissitudinem mellis & reponatur.

Rob de Ribes compositum.

℞ *Succi Ribes lib. quatuor.*
Sacchari opt. lib. duas.

Coquantur secundum artem.

Ventri-

Ventriculum firmat, vomitum biliosum reprimit, sitim restinguit, aliasque excretiones biliosas sistit.

Rob de Berberis simplex.

℞ *Succi Berberis lib. octo.*

Coquantur per se usq; ad mellis consistentiam.

Rob de Berberis compositum.

℞ *Succi Berberis lib. quatuor.*

Sacchari opt. libras duas.

Coquantur secundum artem.

Easdem cum prioribus vires obtinent.

Rob Nucum Mesuæ.

℞ *Succi Corticum viridium exteriorum è nucis juglandibus diebus canicularib. expressi libras quatuor.*

Mellis optimi libr. duas.

Depuretur succus unica ebullitione & cum melle decoquantur, donec ad eiusdem consistentiam devenerit.

* Galenus lib. 6. de Composit. Medic. secundum loca cap. 2. vocat Diacaryon simplex, & docet ibidem initio inflammationis in gutture aliquid astringentis esse addendum; ut sunt rosæ, balaustia; in statu crocus vel myrrha, & in declinatione nitrum vel sal ammoniacus, aut similia: tumque vocatur Diacaryon Compositum. *

Destillationi tenuium humorum à capite & inflammationem excitantium confert. pueris, mulieribus & naturis humidis utile.

Diamoron Nicolai.

℞ *Succi mororum Celsi libr. dimidiam.*

mororum rubi libram unam.

Mellis optimi despumati libr. unam.

Sapæ uncias tres.

Coquantur secundum artem.

Contra depascentia oris ulcera, ad dentium affectus & gingivarum noxas, atque ad omnia oris vitia in gargarismis utile.

Diamoron aliud Valerii Cordi.

℞ *Succi mororum rubi,*

rubi Idæi,

Celsi,

Fragorum, ana libr. duas.

Mellis despumati optimi libras quatuor.

Coquantur lento igne secundum artem.

Mororum omnium succus exprimendus est antequam perveniant ad maturitatem. Porro mora Rubi Idæi & fraga citius maturescunt quam alia, ideo oportet ut horum succus colligatur & cum Saccharo decoctus reponatur, donec alia quoque maturescant. Sint autem succi uniuscujusque libræ duæ. Sacchari libra una ad quemvis eorum, id est, Sacchari libræ duæ.

APPENDIX.

Rob de Cornis.

℞ *Succi Pulpæ cornorum libras duas.*
Sacchari lib. unam.

Coquantur secundum artem.

Astringit, in fluxu ventris, dysenteria & similibus affectibus utilis.

Rob de Agresta.

Paratur eodem modo.

In fluxibus contagiosis & colliquantibus plurimum confert.

Diamoron Galeni simplex.

℞ *Succi Mororum domesticorum lib. quinque.*
Mellis lib. unam.

Clarificetur primum succus, deinde cum melle coquatur ad justam consistentiam.

Inflammationibus incipientibus utile, quod variis modis à Galeno redditur compositum, pro ratione affectuum ac temporum in morbis: de quo consuli potest ipsemet Galenus 6. lib. de Composit. Medicament. secund. loca capit. 1.

Sic Sapæ sive Rob ex Sumach, succo Citrii mali maturi, baccis Myrti, granis Mali punici, Cydoniis, pomis omnis generis & pyris, Persicis, prunis domesticis & agrestibus (unde Acacia factitia) foliis Acetosæ, ex baccis Iuniperi, Ebuli, Sambuci, & aliis pluribus parari solent per se, ut in lapideo vel fictili vase aut vitro obducto succus expressus lento igne coquatur ad consumtionem partis tertiæ, deinde coletur & subsideat donec clarescat. Quo facto rursum percoquatur aut insoletur ad consistentiam sapæ.

Possumus autem succos, ad hunc modum coctos, in vase patenti positos, vel vesica conclusos, ignis vi, vel radiis solarib⁹ adhuc magis siccare, ut diutius asservari queant.

LOHOCH SIVE ECLEGMATA AUT LINCTUS.

Lohoch sanum & expertum Mesuæ.

℞ *Cinamomi,*
Hyssopi,
Glycyrhizæ, ana drach. quat.
Jujubarum,
Sebesten, an. n°. triginta.
Passularum enucleatarum,
Ficuum siccarum,
Dactylorum pinguium, an. uncias duas.
Fænugræci drach. quinque.
Capilli Veneris manip. unum.

Anisi,
Fœniculi,
Lini,
Iridis,
Calaminthæ, ana drachm. quatuor.

Coquantur ſecundum artem in aquæ clariſs. lib. quatuor ad conſumtionem medii, id eſt, duarum librarum. Colaturę expreſſę addantur

Penidiorum alborũ lib. duæ.

Coquantur rurſum ad perfectionem: poſtea inſpergantur minutiſsi. inciſa & contuſa.

℞ *Nucleorum Pineorum mundatorum drach. quinque.*
Amygdalorum dulcium mundatorum,
Glycyrhizæ mundatæ,
Tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Amyli, an. drach. tres.
Ireos drachmas duas.

Agitentur omnia ſimul diligenter & celeriter, donec albeſcant.

Tuſſi vociſque aſperitati à frigiditate ortæ confert. Craſſos in thorace & pulmonibus humores extenuat. In morbis calidioribus & tuſſi inde nata non temere uſurpandum.

Lohoch de Pino Meſuæ.

℞ *Pulpæ dactylorum opt. drach. triginta quinque.*
Nucleorum pini mundatorum drach. triginta, alii viginti.
Amygd. dulc. mundator.
Amyli,
Avellanarum aſſatarum,
Capill. Veneris,
Glycyrhizæ mundæ, & ſucci ipſius tantumdem.
Gummi Arabici,
Radic. Iridis,
Tragacanthæ, ana drachm. quatuor.
Amygdalorum amarorum drach. tres.
Butyri recentis,
Mellis paſſularum,
Sacchari albiſs. ana uncias quatuor.
Mellis puriſs. quantum ſatis eſt, aut lib. tres, unc. duas.

Gummi & Tragacantha diu macerentur in quadrupla quantitate aquę Capilli Veneris, donec prorſus molleſcãt, deinde cribro ſetaceo transmittãtur, & libris duabus mellis optimi miſceantur ad lentum ignem, ac rudicula lignea diu moveantur, poſtea ei inſpergantur pulveres tenuiſſimi radicũ Iridis, Capilli Veneris, Glycyrhizæ, Sacchari & Amyli, & opt. miſceantur, demum utrumque gummi

mistum melli passularum, in quo prius fuerit dissolutus succus Glycyrhizæ, vase ab igne deposito addatur, & diutius omnia agitentur, donec uniantur, addito Butyro recenti, si statim eo utendum sit; sin vero diutius fuerit asservandum, paretur absq; butyro, ne rancorem contrahat. Mel passulatum sit ex partibus duabus decocti passularum redacti coquendo ad consistentiam sapæ, & parte una opt. mellis, simul lento igne decoctis, donec optime commisceantur.

* Modum parandi hoc Eclegma apposuimus ex Antidotario Romano, ut habeant pharmacopœi exemplum ipsum & similia recte parandi. Consultiss. autem est, ut talia Medicamenta in parva copia fiant, alioqui nisi statim illis utamur, facile corrumpuntur. *

Tussi diuturnæ, difficultati spirandi & asthmati succurrit, humores in thorace crassos incidit & extenuat.

Lohoch de Papavere Mesuæ.

℞ *Capita Papaver. albi drach. viginti quinque.*
Amygdal dulcium,
Nucleorum pineorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Succi Glycyrhizæ, ana drach. decem.
Amyli drach. tres.
Sem. Portulacæ,
Lactucæ,
Cydoniorum. ana drach. quatuor.
Croci drachmam unam.
Penidiorum alborum uncias quatuor.
Syrupi de Papavere lib. tres.

Omnia contundantur & incidantur atque cum Syrupo excipiantur secundum artem. Porro iste Syrupus de Papavere sic fieri debet.

℞ *Capitum Papaveris albi recentis,*
nigri, an. uncias sex.
Semin. Lactucæ,
Florum Violarum. ana unciam unam.
Aquæ quantum sufficit, vel circiter libras octo.

Coquantur dum capita intabuerint, & colaturę addantur Sacchari lib. quatuor.

Ad justam consistentiam rursum coquantur.

Hoc Lohoch de Papavere vocatur alio nomine quoque Diapapaver.

Medetur tussi, & faucium asperitati à Catarrho calido & tenui ortæ, coquendo & incrassando. Confert etiam febribus ardentibus, thoraci dolenti, & pleuritidi, suo tempore adhibitum. Frigidioribus ventriculis contrarium.

Lohoch de Scylla Mesuæ.

℞ *Succi Scyllæ præparat.*

Mellis despumati, ana lib. unam.

Coquantur secundum artem.

Scylla proprie succum non habet, sed mucilaginē, quæ sic est colligenda. Recipe Scyllas crudas tres aut quatuor, eius laminas puriores, plenas ac nitidas in partes incidito cultello eburneo, deinde in pila sive mortario fictili aut lapideo sive marmoreo terito cum rudicula ex ligno Guajaco facta, ac deinde exprimito ac utitor.

Galeni descriptio ab hac non variat, nisi quod duplum mellis sumat ad succum Scyllæ, cum Mesue æquales partes accipiat.

Materiam crassam, lentam, ac coctu difficilem in partibus thoracis expurgat, spirandi difficultatem, asthma & similes morbos lenit. Senibus qui eiusmodi morbis plærunque conflictantur, admodum utile.

Lohoch de Scylla compositum sive ad Asthma Mesuæ.

℞ *Scyllæ assatæ (prius viginti quatuor horis maceratæ) in pasta frumentacea drach. quatuor (plures habēt tantū drach. tres.)*
Rad. Iridis drach. duas.
Hyssopi,
Prasii, an drach. unam.
Myrrhæ rubeæ,
Croci, an. drach. dimid.
Cum Mellis quantitate sufficiente.

Fiat Eclegma.

Lohoch de Pulmone Vulpis Mesuæ. In capite de Phthisi.

℞ *Pulmonū vulpis siccatorum,*
Succi Glycyrhizæ,
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Capill. Veneris, ana partes æquales sive unciā unam.
Sacchari clarificati uncias quindecim.

Conterātur omnia tenuissime & cū Saccharo excipiantur.

Prodest tabidis, & qui ulcera habent in pulmonibus.

Diacodium Mesuæ simplex.

℞ *Capitum Papaveris nonnihil flaccidorum n°. decem.*
Aquæ cœlestis sextariū unum.

Coquantur ad tertias, id est, ut tertia pars aquæ supersit.

Colaturæ expressę addātur *Sapæ opt. ad tertias coctæ unciæ tres.*
Mellis opt. uncia una (vel rectius secundum alios quoque unciæ tres.)

Coquantur ad perfectionem.

DIACODIUM autem compositum fit, si addantur sequentia Acaciæ non ita aridæ sed liquidæ, vel eius succedanei, id est, Succi foliorum Sumach.
Rubiæ tinctorum,
Balaustiorum,
Hypocistidos,
Croci,
Myrrhæ,

Myrrhæ, an. drach. una.
Trochiscorum Ramich drach. quatuor.

Decoquatur ut supra & fiat Eclegma.

FLACCIDORUM *capitum Papaveris, id est, non omnino recentium, neque aridorum, sed medio modo se habentium, qualia sunt pridie collecta.*

SEXTARIUS *mensuræ genus est, quod si melle repleatur, pendet uncias triginta, si oleo, uncias octodecim, sin vero aqua repleatur, continet uncias viginti. Hoc autem loco accipiendus est sextarius aquæ pluvialis, ut sint unciæ viginti ponderales. Variant autem autores in sextarii definitione, ut inferius in unguentis dicetur.*

Mellis quantitas admodum parva videtur esse in hac confectione. Actuarius aliud habet Diacodium, quod huic subjiciendum esse putavimus.

Confert illis quibus ex capite subtiles Catarrhi ad pectus defluunt, & tussim, aliaque symptomata excitant.

Diacodion Actuarii.

℞ *Capita Papaveris, nec nimis viridia, nec arida, nº. tredecim.*
Rosarũ drach. duas & semis.
Croci,
Acaciæ,
Glycyrhizæ, an. drach. unam.
Boli Armeni unc. dimidiam.
Cinamomi,
Hali,
Hypocistidis,
Balaustiorum, ana drach. unam.
Myrti,
Dauci, an. unciam unam.
Corallii albi,
rubri,
Rhois culinarii sive Sumach,
Sanguinis Draconis,
Florum Althææ, ana drach. duas.
Sem. Portulacæ drachm. mediam.

Capita Papaveris in aqua pluviali sufficienti duos dies macerato, deinde ad tertias coquito, & decoctum expressum ad justam consistentiam bulliat cum Mellis optimi libris duabus. Postremo deposito ab igne vase species subtilissimè tritas adjicito & bene unito.

HALUS *aut Halum sive Alum est consolida saxatilis, id est, Symphytũ petræum, quod hodie rariß reperitur: ideo est necesse eius loco accipere Symphyti sive Consolidæ majoris radices, nam Galenus dicit, utile esse magnum Symphytum, id est, Consolidam, ad omnia ad quæ petræum, id est, alum.*

Auxilio est Cæliacis, dysentericis, levitati intestinorum, alvi profluvio, cum aqua pluviali, in qua spodium inferbuerit, aut succinum torrefactum, vel cum stillaticio rosarum liquore.

APPENDIX.

Lohoch de Tussilagine.

℞ *Radic. Tußilaginis libram unam.*

Coquan-

Coquantur in aqua donec dissolutæ sint, contundantur & colentur, deinde additis

Mellis libris duabus,

Coquantur ad justam consistentiam.

Ad pulmones affectos utile.

Lohoch è Caulibus Gordonii.

℞ *Succi caulium rubeorum depurati & clarificati libram unam.*

Croci drachmas duas.

Mellis despumati,

Sacchari, an. lib. dimid.

Fiat Eclegma secundum artem.

In morbis pectoris utile: plurimumque valet in omni raucedine, & ablatione vocis.

Lohoch de Portulaca.

℞ *Succi Portulacæ lib. unam.*

Trochisci de Terra Lemnia sine Opio drach. de unam.

Trochisci de Carabe sive Succino,

Gummi Arabici,

Sanguinis Draconis, an. drac. dimidiam.

Lapidis Hæmatitis,

Pilorum leporis ustorum, an. scrup. unum.

Sacchari albi libr. dimidiam.

Fiat Lohoch ut est artis.

Efficax in sputo sanguinis & aliis eiusdem vel per os vel inferiora expuitionibus.

Lohoch de Passulis.

℞ *Rad. Pæoniæ drach. quatuor.*

Hyssopi,

Melissæ,

Scolopendrii sive Ceterach, an. manip. semis.

Glycyrhizæ unciam mediam.

Decoquantur in sufficienti aquæ pluviæ quantitate. Colaturæ cum expressione valida factæ addatur Passularum minorum in mortario bene contusarum, & prius ab acinis mundatarum libra una. Rursum fiat decoctio, & per pannum lineum valide exprimatur: expressioni adjiciatur

Sacchari libra una.

Fiat Eclegma secundum artem.

Usitatum ad tussim ac pectoris vitia, maxime in puerulis, qui ad Epilepsiam sunt proclives.

Lohoch ad Catarrhum salsum.

℞ *Sem. Psylii,*

Citoniorum, an. drach. duas semis.

Papaveris albi drachm. quinque.

Sebesten n°. vigintiquinque.
Jujubarum n°. quindecim.
Glycyrhizæ mund. drach. tres semis.
Passularum drach. septem.
Cassiæ fistularis unciam dimidiam.

Coquantur in aquæ fontanæ libris tribus, donec crassescant, deinde colentur, addanturque

Sacch. opt. libra una.
Syr. Viol.
Penidiorum, an. unc. tres.
Farinæ fabarum drach. duæ.
Tragacanthæ,
Gummi Arabici, ana drach. tres.

Bulliant ad cõsistentiam mellis, & addantur

Sem. 4. frigidorum majorum an. drach. una semis.
Papaver. albi drachmæ duæ.
Anisi,
Fœniculi, ana drachma una & dimidia.

Fiat secũdum artem Lohoch.

Vtile est in salsis, acribus & mordentibus humoribus, pectus & vias urinarias petentibus.

Diacodion simplex Galeni.

℞ *Capitum Papaver. albi mediocrium n°. viginti.*
Aquæ fontanæ lib. tres.

Macerentur horis viginti quatuor, postea coquantur donec capita flaccescant, colaturæ addantur

Mellis libræ duæ.

Coquantur ad consistentiam.

Fit etiam cum Sacchano vel Sapa, ut pro pueris sumantur decoctionis prædictæ & sapæ dulcis ana libræ duæ, succi Glycyrhizæ unciæ duæ. Coquantur ad consistentiam usitatam.

Vsus in destillationibus tenuibus, cum sapa ubi vigiliæ assunt, cum melle vero quando humores in pulmonibus coacervati fuerint.

Diacodium Montani, alias Syrupus de Siliquis.

℞ *Capitum Papaver. albi cum seminibus n°. viginti.*
Siliquarum dulcium unc. tres.
Radicum Althææ,
Glycyrhizæ, an. uncias duas.
Aquæ fontanæ lib. duodecim.

Eximantur è siliquis grana, deinde decoquantur donec remaneant libræ tres, tandem exprimantur ac colentur, ac in fine addantur

Sacchari candidi rosati lib. semis.
Penidiorum libra una.

Coquantur ad mellis consistentiam.

Plurimũ commendatur inter alia omnia arteriaca in tenuibus & acribus Catarrhis. Interdum quibus odor est ingratus, Althææ radix omittitur.

Lohoch

Lohoch de Tussilagine.

℞ *Rad. Tußilaginis libram unam.*

Coquantur in aqua ad dissolutionem, tundantur & colentur, addendo

Mellis libras duas.

Coquantur ad justam consistentiam.

Eodem modo fiunt Eclegmata ex Althæa & aliis, quibus interdum ex sententia Medicorum aromata, ac inprimis Crocus pectori bene conveniens adjicitur.

Similiter ut alia huius generis ad pectoris & faucium affectus usurpatur.

TROCHISCI SIVE PASTILLI.

Trochisci de Vipera, Andromachi, ad Theriacam usurpandi.

℞ *Carnis viperinæ cum Anetho, sale & aqua coctæ, uncias octo.*

Panis triticei opt. vel biscocti triti ac cribrati unc. duas.

Formentur Trochisci cum jusculo, in quo decoctæ fuerint carnes viperinæ, & inungantur Opobalsamo, vel illius loco oleo Macis aut Caryophyllorum, aut nucis Muscatæ. Sed oleum Caryophyllorum propius accedit ad naturam Balsami. Siccentur in loco umbroso & perflabili, sępeque invertantur, ne situm cõtrahant. Postea in vitreo vase bene clauso serventur.

Horum compositio sicuti quoq; sequentium verbose exponitur à Galeno 1. libro de Antidotis, & in libello ad Pisonem.

Cutaneis morbis, viperarum morsibus, & febribus pestilentialibus sunt convenientes, ac visum acuunt.

Trochisci de Scylla Andromachi.

℞ *Pulpæ Scyllæ assatæ lib. unam.*

Farinæ orobi albi veri cribratæ, vel eius loco farinæ Cicerum rubeorum uncias octo.

Conterantur in mortario lapideo & misceantur diligentiss. inde formentur trochisci, qui siccentur in umbra, ut antea dictum est.

Thoracis affectibus pituitosis nec non ventriculi & capitis idonei.

Trochisci Hedychroi sive magma Hedychroum Aëtii.

℞ *Mari sive Majoranæ gentilis, aut loco eius Dictamni Cretici,*
Asari,
Sampsuchi, id est, Majoranæ vulgaris,
Aspalathi veri vel ligni Aloës aut Santali Citrini,
Opobalsami vel olei Caryophyll.
Schœnanthi,
Calami aromatici aut Galangæ,
Phu Pontici, an. drach. unam, grana quindecim.
Xylobals. vel ligni Aloës,
Cinamomi,
Costi, an. drach. unam semis.
Myrrhæ Troglodyticæ,
Folii aut succedanei eius,
Spicæ Nardi Indicæ,
Croci,
Caßiæ, an. drachm. tres semis, grana quindecim.
Amomi aut succedanei eius scrupulos duos, grana tredecim.
Masticheș drach. mediam, gran. septem & semis.
Vini veteris odorati dulcis, quantum sufficit,

Ad formandos pastillos.

Hi Trochisci vocantur ab Arabib. Alindaracono, à recentioribus verò, ut Nicolao, sunt parum immutati, & appellantur Diacoralli.

Doct. vir D. Prosper Alpinus in IIII. lib. de Medicina Aegyptia scribit Darsisatram, id est, verã radicem Aspalathi Diosc. in hanc compositioné addi ab Aegyptiis, quam ex Creta vel Rhodo habere se aiunt, quæ est valde crassa, longa, dura, colore flavo rubescente, admodum odorata.

Trochisci Hedychroi Galeni ex Andromacho.

℞ *Corticum radicum Aspalathi,*
Nardi Indicæ,
Calami aromatici sive Galangæ,
Foliorum Malabathri,
Costi,
Asari,
Xylobalsami,
Phu,
Amaraci, id est, Majoranæ,
Mastiches, an. drach. sex.
Schœnanthi,
Cinamomi,
Amomi,
Caßiæ,
Rhapontici,
Myrrhæ,
Croci, ana drach. duodecim.

Omnia subtiliss. trita cum vino Phalerno aut Cretico in Trochiscos formentur, & in umbra exiccentur, ac Opobalsamo sive oleo Caryophyllorum inuncti reponantur.

Galenus in libello de Theriaca ad Pamphilianum, ad hunc modum præcipit conficiendos esse Hedychroos Trochiscos, sunt enim proximis non ignaviores.

* Petrus Coudenbergius in suo Cordo pondera ex Andernaci versione aliter distribuit. *

Trochisci Hedychroi alii Galeni.

℞ *Mari,*
Asari,
Amaraci sive Majoranæ,
Aspalathi aut Santali Citrini, an. drach. duas.
Schœnanthi,
Calami aromatici aut Galangæ,
Phu pontici,
Xylobalsi. vel ligni Aloës,
Opobalsami aut Olei Caryophyllor.
Cinamomi,
Costi, an. drach. tres.
Myrrhæ,
Folii Malabatri aut succedanei,
Nardi Indicæ,
Croci,
Cassiæ ligneæ, an. drach. sex.
Amomi aut seminum Citrii mali drach. duodecim.
Mastiches Chiæ drachmam unam.
Vini Phalerni aut Cretici quantum sufficit.

Formentur Trochisci & in umbra exiccentur opobalsamo vel Oleo Caryophyllorum aut Nucis Moscatæ uncti.

Describuntur à Galeno libro 1. de Antidotis cap. 10. & sunt potiss. in usu.

Trochisci Cypheos Rufi ex Damocrate apud Galenum 2. de Antidotis.

℞ *Pulpæ uvæ passæ albæ pinguiss. vel Damascenæ quam Cibebam vocant,*
Terebinthinæ coctæ, an. drach. viginti quatuor.
Myrrhæ,
Schœnanthi, ana drach. duodecim.
Calami aromatici drachm. novem.
Cinamomi drach. quatuor.
Bdellii unguium, id est, electi,
Nardi Spicæ,
Cassiæ optimæ, quæ est similis Cinamomo,
Cyperi purgati,
Arceutidum, id est, baccarum Juniperi max. & pinguiss. an. drach. tres.
Aspalathi drach. duas semis.
Croci drach. unam.
Mellis optimi,
Vini Cretici, an. quantum satis est,

Ad formandum & incorporandum.

Bdellium & Myrrha in vino disso-

dissoluta redigãtur ad crassitiem mellis, & carnibus passularum ex melle diu tritis misceantur, deinde reliqua in tenuiss. pulverem redacta adjiciantur, ac simul agitando cõmisceantur, inde formentur trochisci, qui siccentur in umbra & serventur.

Describuntur à Galeno 2. de Antidotis. Quidam distincte legunt, Bdellii & Onychis, id est, unguis odorati, pro quo aliqui substituunt blattam Bysantiam, alii concham margaritiferam: sed major pars autorum, quos videre licuit, habet Bdellii unguium instar, vel, ut Romanũ Antidotarium legit, Bdellii unguinosi, id est, pellucidi. In cuius defectu Bergomenses accipiunt Ammoniacum Thymiama.

Assumuntur ad Mithridatium Damocratis.

Dantur tamen per se quoque illis, qui Epatis, pulmonum, renum aut alterius visceris exulcerationem timent.

Trochisci Ramich Mesuæ.

℞ *Succi Acetosæ uncias sedecim.*
Rosarum odoratiss. unciam unam.
Baccarum Myrti unc. duas.

Bulliant parum & colentur.

Colaturæ addantur

Gallarum recentium exactiss. tritarum, unc. tres.

Coquantur denuò aliquantulum, deinde inspergatur sequentium specierum minutiss. & optime mistus pulvis.

Rosarum unc. unam.
Santali citrini odorati drach. decem.
Gummi Arabici unciam unam semis.
Pulpæ Sumach sive Rhois,
Spodii, an. unc. unam.
Succi Agrestæ drach. septem.
Succi granorum Myrti uncias quatuor.
Ligni Aloës,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moscatæ, ana drach. quatuor.

Misceantur omnia optime, deinde exiccentur in phiala fictili vitreata, exiccata rursum in tenuiss. pulverem terantur, & formentur trochisci parvi cum Camphoræ aureo uno, id est, drachma una & septima eius parte (alii drachmam unam semis, Romani scrupulos quatuor accipiunt) atque aqua Rosarum, quantum satis est, in umbra libera exiccati reponantur.

Conferunt intestinorum levitati: infusi enim acrimoniam obtundunt, Choleræ succurrunt, hæmorrhagiam sistunt naribus immissi aut Medicamentis aliis admisti. Assumuntur etiam ad alias compositiones.

Trochisci de Capparibus Mesuæ.

℞ *Corticum radicũ Capparum,*

Sem.

Sem. Agni casti, ana drach. sex.
Ammoniaci,
Sem. Nigellæ,
Calaminthæ,
Acori,
Succi Eupatorii, id est, Agerati,
Amygdal. amarorum,
Fol. Rutæ,
Rad. Aristolochiæ rotundæ veræ,
Cyperi rotundi.
Sem. Nasturtii, ana drachm. duas.
Scolopendrii, id est, Ceterach drach. unam.

Formẽtur Trochisci cum Ammoniaco prædicto in aceto dissoluto, & exiccati reponantur.

* Multi, ut Cordus, Romani & Bergomenses duplum ammoniaci accipiunt. *

Ad splenis duritiem, obstructionem, & flatus eius dissipandos conferunt.

Trochisci de Eupatorio Mesuæ.

℞ *Tereniabin, id est, Mannæ,*
Succi Eupatorii, ana unciam unam.
Rosarum unciam mediam.
Spodii vel Eboris usti drach. tres semis.
Spicæ Nardi Indicæ dra. tres.
Rhabarbari,
Rad. Asari,
Sem. Anisi, ana drachm. duas semis.

Formentur Trochisci cum aqua Cuscutę, & in umbra perflabili exiccati reponantur.

* Alii primum Mannam opt. purgant, & postea diligenter contundunt cum Succo Eupatorii, donec Manna incipiat albescere: tandem alia pulverisata adjungunt, & cum succo parant Trochiscos. Quidam assumunt ad formãdos pastillos Syrupum Bysantinum simplicem sine aceto. *

Obstructionibus & tumoribus Epatis & Lienis succurrunt, ac inde natas febres antiquas, & harum rigores, item icterum & incipientem hydropem curant.

Trochisci Diaion sive de Violis Nicolai Alexandrini.

℞ *Florum Violarum purpurearum viridium drachm. quinque.*
Amyli drach. tres.
Sem. Papaveris albi drach. duas semis.
Rhabarbari scrup. quinque.
Sem. Plantaginis drachmam unam.
Balsami, eius loco Olei Caryophyllorum scrupul. unum.
Rhodostagmatis, id est, aquæ Rosar. quantum sufficit.

Formentur Trochisci.

Altera descriptio Diani, quam Cordus habet, ut rectẽ monet Petrus Coudenbergius, cum solum pondera sint mutata, non opus fuit ut hic repeteretur.

Calidam intemperiem mitigant, & alvum nonnihil emolliunt.

Trochi-

Trochisci de Lacca sive Cancamo Mesuæ.

℞ *Laccæ mundatæ,*
Succi Glycyrhizæ,
Absynthii,
Berberis,
Eupatorii,
Rhabarbari,
Aristolochiæ longæ,
Costi,
Asari,
Amygd. amarorum,
Rubiæ tinctorum,
Sem. Anisi,
Apii,
Schœnanthi, an. drach. unam.

Formentur Trochisci drachmæ pondere cum aqua Eupatorii.

* Quoniam Mesue non addiderit expresse liquorem cum quo sint formandi, quidam cum decoctione Aristolochiæ & Schœnanthi, alii cum succo Eupatorii non condensati, aut succo Absynthii, Romani vero cum vino decoctionis Absynthii aut Eupatorii parant. *

Obstructiones Epatis & lienis tollunt, febribus chronicis medetnur, & urinam valide promovẽt, quare in Ascite utiles sunt.

Trochisci Diarhodon Nicolai.

℞ *Rosarũ viridium drach. tres.*
Spodii, id est, Eboris usti drachmas duas.
Santali rubri drach. unam semis, grana septem.
albi drachmam unam, gran. duodecim.
Croci scrup. duos semis.
Camphoræ scrup. dimidium.

Rosæ recentes contundantur in mortario lapideo diligẽter, tum reliqua in pulverem redacta addantur, & cum aqua Rosacea sub finem Camphoram imponẽdo formẽtur Trochisci, qui in umbra siccentur.

* Pondera ex pharmacopœia Augustana, ut è græco Codice desumta, mutavimus. *

Conferunt dysentericis, cæliacis, jecinorosis & stomachicis. Hæc compositio debet usurpari in magnis Confectionibus ipsius Nicolai.

Trochisci de Rhabarbaro Mesuæ.

℞ *Ravedsceni, id est, Rhabarbari electi drach. decem.*
Succi Eupatorii condensati,
Amygdal. amarorum, ana drach. quatuor.
Rosarum drach. tres.
Spicæ Nardi Indicæ,
Absynthii,
Sem. Anisi,
Apii,
Rad. rubeæ tinctorum,
Asari. an. drach. unam.

Formentur Trochisci aurei unius pondere cum Aqua Cuscutæ, aut succo non condensato Eupatorii vel Absynthii.

Cum vino parant Romani.

Epatis

Epatis obstructionibus, doloribus ac tumoribus medentur: affectus inveteratos eiusdem, hydropem, icterum & formæ corruptionem emendant.

Trochisci de Berberis Mesuæ.

℞ *Berberorum drach. duas.*
Spodii,
Xyloaloës,
Sem. Acetosæ,
Mastiches,
Galliæ Moschatæ veræ,
Spicæ Nardi Indicæ, ana drach. unam.
Gummi Arabici drach. tres.
Rosarum drach. quinque.
Aquæ Rosarum, in qua prius gummi Arabicum sit dissolutũ, quantum sufficit.

Ad formandos Trochiscos.

* Aliam Mesues descriptionem in multis urbibus Italiæ usurpant, quæ recipit succos Glycyrrhizæ & Portulacæ, ac reliqua, ut in Mesue est videre. *

Ad intemperiem calidam & febrium ardores, linguæ ariditatem, sitim sedandam, & alvi fluorem dantur. Assumuntur quoque ad Electuar. Rosatum Mesuæ.

Trochisci Galliæ Moscatæ Mesuæ.

℞ *Ligni Aloës crudi & electi drach. quinque.*
Ambræ selectæ drach. tres.
Moschi drach. unam.
Mucilag. Tragacanthæ cum Aqua Rosarum factæ quantum sufficit.

Fiant Trochisci parvi.

Cerebrum, cor & reliqua viscera roborant, vomitum ac alvi fluxum sistunt, oris atque adeo corporis totius odorem commendant. Pectoris angustias juvant. In suffitu & incensis suaves. Vtimur etiam ad alias compositiones.

Trochisci Aliptæ Moscatæ Nicolai.

℞ *Ladani purissimi unc. tres,*
Styracis Calamitæ unciam unam semis.
Rubræ unc. unam.
Ligni Aloës drach. duas.
Ambræ drach. unam.
Camphoræ drach. dimidiam.
Moschi scrupul. dimid.
Aquæ Rosarum quantum sufficit.

Fiant Trochisci.

* Ladanum & utramq; Styracem in patina vitreata tenui linteolo tecta diebus canicularibus tamdiu soli exponamus, dum omnia mollescãt, deinde in calido mortario, bene etiam calefacto pistillo, valide contundamus & misceamus, donec totum nigrescat, postea lignum Aloës tenuissimè pulverisatum paulatim inspergamus & conterendo admisceamus, atq; eodem modo Camphoram & Am-

bram simul teramus, & Moscho in aquæ Rosaceæ unciis tribus dissoluto cogamus, omnibusque commistis massam cõficiamus, quæ rursum in teretes & tenues bacillos effingatur super calefactũ marmor perpolitum, levi assere & ipso calido modice comprimẽdo & volutando, dum formam rotundam acquirat, (sicuti etiam cereæ candelæ levigari, & teretes fieri solent) prius autẽ aqua Rosacea inspergẽda est, ne marmori aut asseri adhærescat. Postremò efformatos bacillos rotundos aqua Rosacea irrigatos in vase vitreo diligenter clauso servemus. Voluimus hunc modum ex Italicis libris desumtum pluribus describere, ut haberent alii exemplum diligentiæ in hisce & similibus compositionibus accurate imitandum.*

Styrax rubra hic non significat Thymiama, aridum illum & nigrum corticem, sed resinam Styracis, quæ subrufa aut flava est, id est, optima Styrax.

Conferunt pueris asthmaticis & angustia pectoris laborantibus, ac qui lac retinere nequeunt. Fit inde quoque optim. suffitus. Assumuntur pariter ad alia Medicamenta preciosa.

Trochisci de Agarico Mesuæ.

℞ *Agarici electi unc. tres.*
Salis gemmei unc. unam.
Syrupi Acetosi simplicis quãtum sufficit.

Fiant Trochisci.

* Hæc descriptio non tamen, ut dicitur, ad verbum, desumta est ex Mesue, capite de Agarico, secundum sententiam Haly. Plures tamen non sine caussa sequentem præferunt.

℞ *Agarici Electi unc. tres.*
Salis gemmei unc. dimidiam.
Zingiberis drach. tres.
Cum Oxymelle, quantum sufficit.

Fiant Trochisci.

* Et hunc vocant Agaricũ præparatum; quamvis non adeo sit in crebro usu: sequentem vero nominant propriè Trochiscatum, qui ut plurimum usurpari solet. *

Et notandum, quando Trochisci de Agarico cum Syrupo Acetoso s. vel Oxymelle parantur, non rectè exiccari possunt, quare Colonienses cum aqua Hyssopi formant & sic exiccantur.

Purgant ex capite pituitam crassam cum bile commistam: ac potiss. è thorace educunt humores crassos, putridos, & viscidos: & à pituitosis humoribus reliqua viscera liberant.

Agaricus Trochiscatus Mesuæ, capite de Agarico, ex Galeno.

℞ *Agarici electi unc. quatuor.*
Vini generosi infusionis Zingiberis quantum satis est.

Fiant Trochisci.

* Agaricus selectiss. per incernicu-

niculum transmissus cum Malvatico infusionis Zingiberis, & aqua Buglossi ana, in pastillos cogitur in mortario lapideo, qui postea in umbra siccantur, atque fiunt hac ratione candidiss. cum aliquando quorundam negligentia facilè nigrescant.*

Vtilis ad ea quæ jam diximus. Quo vero sunt hi Trochisci recentiores, eo quoque efficaciores.

Trochisci de Carabe sive Succino Mesuæ.

℞ *Carabæ sive succini drach. sex.*
Cornu Cervini usti,
Gummi Arabici assati,
Corallii rubri usti,
Tragacanthæ,
Acaciæ,
Hypocistidis,
Florum Balaustiorum,
Mastiches,
Laccæ,
Papaveris nigri assati, ana drach. duas.
Thuris,
Croci,
Opii, an. drach. unam, grana quindecim.
Mucilaginis Psyllii quantum sufficit.

Formentur Trochisci. Fiunt etiam sine opio.

Constringunt sanguinem undecunque fluentem: tabidis, purulenta expuentibus, cœliacis & dysentericis auxiliantur.

Trochisci de Myrrha Rhasis 9. ad Almans. de provocatione mensium.

℞ *Myrrhæ electæ drach. tres.*
Farinæ lupinorum tenuiss. drach. quinque.
Foliorum Rutæ,
Mentastri,
Pulegii Cervini vel Dictamni Cretici,
Cymini,
Rubiæ Tinctorum,
Assæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, an. drach. duas.

* Quoniam Rhasis non indicavit liquorem cum quo debeant parari, major pars autorum jubet gummi in vino decoctionis Artemisiæ aut granorum Iuniperi aut Sabinæ dissolvi: alii gummi in Aceto Scyllitico dissolvunt, & postea cum succo Artemisiæ formant Trochiscos.*

Provocant menses, qui ex frigidis humoribus vel sanguine concreto retinentur. Attenuant, incidunt & obstructiones aperiunt. Fœtum mortuum & præcipue secundinam educunt. Dantur cum decocto granorum Iuniperi.

Trochisci de Alkekengi sive de Halicacabo Mesuæ.

℞ *Baccarum Alkekengi sive Halicacabi drach. tres.*
Sem. Citrulli,

Albatechæ, id est, melonis magni sive anguriæ,
Cucurbitæ, an. drach. tres semis.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
Thuris,
Sanguinis Draconis,
Papaveris albi,
Amygdalor. amarorum,
Succi Glycyrhizæ,
Tragacanthæ,
Amyli,
Nucleorum Pineorum, ana drach. sex.
Semin. Apii,
Carabæ sive succini,
Terræ Sigillatæ aut Boli Armeni orientalis,
Sem. Hyoscyami,
Opii, ana drach. duas.
Parantur etiam sine Opio.

Fiant Trochisci cũ succo Baccarum recẽtium Halicacabi, vel cum aqua Rosacea, in qua eiusdem fructus sicci fuerint macerati.

Vrinæ ardorem, exulcerationem vesicæ, renum & ureterum mitigant, ulcera detergent, glutinant, & dysuriæ medentur.

Trochisci de Rosis Rhasis.

℞ *Rosarum drach. quatuor.*
Ligni Aloës drach. duas.
Masticbes drach. unam ac dimidiam.
Absynthii,
Cinamomi,
Spicæ Nardi Indicæ,
Caßiæ ligneæ,
Florum Schœnanthi, ana drachm. unam.
Vini veteris quantum requiritur,

Ad Trochiscos formandos.*

* Coudenbergius nescio unde assumit in suo Cordo emendato Rosarum drachmas tres, & reliquorum drachmam unam. Rosei pastilli quoque à Diosco. describuntur lib. 1. cap. 113. viribus ab his parum discrepantes, quibus Myrrha additur. Alii vero simpliciores Mesuæ, hoc tempore usitatis. in Italię officinis, describuntur in Appendice.

Efficaces in ventriculi doloribus, mala coctione, febribus chronicis, hydrope incipiente & cachexia.

Trochisci de Camphora Mesuæ.

℞ *Rosarum drach. quatuor.*
Spodii,
Glycyrhizæ, ana drach. duas.
Sem. quatuor frigidorum majorum,
Tragacanthæ.
Croci,
Gummi Arabici,
Spicæ Nardi Indicæ, ana drach. unam.
Santali Citrini drach. duas semis.
Ligni Aloës,
Cardamomi,

Amyli,
Camphoræ, an. scrupul. duos.
Sacchari albiß.
Mannæ, an. drach. tres.
Mucilaginis Psyllii cum Aqua Rosarum facta quantum sufficit,

Ad formandos Trochiscos.

Prosunt in febribus ardentibus: bilis & sanguinis fervorem, Ventriculi & Epatis intemperiem calidam, & ab his sitim, icterum & phthisin curant.

Trochisci de Terra Sigillata Mesuæ.

℞ *Sanguinis Draconis,*
Gummi Arabici assati,
Trochiscorum Ramich,
Rosarum rubearum,
Seminis Rosarum, id est, Antheræ officinarum,
Amyli bene exiccati,
Spodii, id est, Eboris usti,
Acaciæ,
Lapidis Hæmatitis,
Hypocistidis,
Florum Balaustiorum,
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ,
Coralli rubri,
Carabæ sive Succini, ana drachmas duas.
Margaritarum,
Tragacanthæ,
Sem. Papaver. nigri, ana drach. unam semis.
Sem. Portulacæ parum assati,
Cornu Cervi usti,
Thuris,
Gallarum Cupreßi,
Croci, an. drach. duas.
Ex aqua Plantaginis, quantum sufficit,

Formentur Trochisci. Quod si illis addantur opii drach. duæ, vel quantum Medicis visum fuerit, erunt Trochisci de Terra Sigillata Mesuę cum opio.

* Variant in hac compositione quoque autores, quantum ad simplicia & pondera, non-nihil. Quod enim est apud Mesuen Hemphistidos, pro eo accipiunt succum florum & foliorum Cisti, & pro Sedenegi, semen Canabis vel Fumariæ.

Quoad pondera, quamvis in Mesue eadem legantur, quæ Cordus habet; tamen Augustana pharmacopœia existimat usque ad Carabe sive Succinum, apponi debere non duas sed tantum unam drachmam, ut sit quasi clymax ponderum. Contra Romanum Antidotarium & alii non augent sed minuunt pondera, in fine ad Thus drachmam unam assignantes. *

Sunt admodum efficaces ad sputum sanguinis cum aqua plantaginis assumti: ad fluorem sanguinis è naribus fronti illinuntur: ad immodicos menses utero injiciuntur, aut pubi applicantur: ad mictum sanguinis in vesicam immittuntur, aliisque partibus hæmorrhagia laborantibus adhibentur. Suntque cum opio multo validiores.

Trochisci de Spodio Mesuæ.

℞ *Rosarum rubrarum drach. duodecim.*
Spodii, drach. decem.
Sem. Acetosæ drachmas sex.

Portulacæ,
Coriandri præparati & tosti,
Pulpæ Sumach, ana drach. duas semis.
Florum Balaustiorum,
Baccarum Berberis,
Amyli parum aßi, drachmas duas.
Gummi Arabici assati drach. unam semis.
Omphacii sive Agrestæ quantum sufficit.

Fiant Trochisci.

Vsus in febribus biliosis cum alvi fluxu. Inflammationem ventriculi & Epatis ac sitim continuam sedant.

Trochisci de Absynthio Mesuæ.

℞ *Rosarum,*
Absynthii,
Anisi, an. drach. duas.
Rhabarbari,
Succi Eupatorii,
Asari,
Sem. Apii,
Amygdal. amarorum,
Spicæ Nardi Indicæ,
Masticheſ,
Folii, ana drach. unam.
Succi Endiviæ quantum sufficit.

Fiant Trochisci.

Obstructiones ventriculi & Epatis, & ab his dolorem & febres Chronicas ortas tollunt. Viscera roborant, & appetentiam excitant. Dantur à Mesue cum succis herbarum, quæ sunt Endiviæ, Apii, Lupulorum & Boraginis.

Trochisci è Colocynthide sive Alhandali Mesuæ.

℞ *Pulpæ Colocynthidis albæ levis & à seminibus purgatæ uncias decem.*

Incidãtur minutim multumque terantur, & cum uncia una olei Rosacei confricentur manibus, & sic dimittantur biduũ sive triduum, ut oleum undiquaque diffundatur. Deinde

℞ *Tragacanthæ,*
Gummi Arabici,
Bdellii, an. drach. sex.

Macerentur hæc in Aqua Rosacea, donec liquefiant & dissolvantur, deinde cum parte harum lachrymarum resolutarum formentur ex prędicta Colocynthide Trochisci, qui siccentur, & siccati contundantur minutissime, ac rursum formentur Trochisci cum reliquo diluto lachrymarum atque reponantur.

*Diversitas textus in Mesue quoad Colocynthidem (cum in quibusdam exemplis legantur unciæ decem, in aliis vero drachmæ decem) fecit, ut autores hac quoque in compositione discreparent, cum multi hanc lectionem, plures tamen & major pars priorem retineant. Ratio est quod ferme passim tantum ad grana aliquot his Trochiscis

chiscis utamur. Qui verò drachmas decem ponunt, ad scrupulum unum (ut Manardus) & in infusione etiam ad drachmam unam (ut Foësius) exhibent. Quare hac in parte cautione opus est. Ac de hoc consulatur Mercurialis quoque lib. III. de compos. Medicam. cap. IX.

Solet item Bdellii, Gummi Arabici & Tragacanthæ sumi tantum ana drachmæ duæ non sex. Nam in tanta copia assumpta retinetur materia, & tormina citius excitantur. Ita oleum Rosaceum quidam plane omittunt, quia facit Trochiscos rancidos, & in fine tantum inter formandum inungunt oleo Amygdal. dulc. nec rursum contundunt. Augustani.

Vtimur tanquam Colocynthide præparata & correcta in pilulis acuendis. Assumuntur ad Hieram Hermetis & ad compositiones alias, cum sint tutiores ipsa Colocynthide. Pituitam crassam à cerebro, nervis, & aliis remotioribus partibus educunt; vitream quoque ex intestinis expurgant.

Trochisci Bechii albi.

℞ *Sacchari albiss. libram unam.*
Sacchari Candi opt.
Sacch. Penidii, ana uncias quatuor.
Rad. Iridis unciam unam drach. septem.
Amyli unc. duas semis.
Mucilaginis Tragacanthæ albiss. cum aqua Rosacea factæ, quantum sufficit.

Formentur Trochisci parvi & signentur.

Parantur hi Trochisci simplices quoque cum solo Saccharo, Mucilagine Tragacanth. & aqua Rosarum, qui magis sunt in usu.

Auxiliantur tussientibus & difficulter spirantibus, & faucium asperitati conferunt.

Trochisci Bechii nigri.

℞ *Succi Glycyrh. unc. quatuor.*
Styracis Calamitæ unciam unam semis.
Sacchari Candi uncias duas semis.
Specierũ Diaireos Salomonis,
Specierum Lohoch Sani, ana unciam semis.
Sacchari penidii lib. mediam.
Sacchari albiss. libr. duas, uncias tres.
Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua Hyssopi factæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci & signentur.

Ablatæ vocis jacturam resarciunt, & prosunt tussi à materia calida & acri excitatæ, leniunt pectus, & sputum promovent.

Simplices hi Trochisci nigri quoque parantur ex succo solo Glycyrhizæ & Saccharo part. æqual. cum Mucilagine Tragacanthi & aqua Rosarum. Compositi raro sunt in usu.

APPENDIX.

Trochisci de Rosis simplices Mesuæ.

℞ *Folior. rosarum drach. decem.*
Glycyrhizæ drach. quinque.
Spicæ Aromaticæ sive Indicæ drachmas duas semis.

Tritis

Tritis omnibus fiant Trochisci ex vino albo.

Ventriculum & Epar roborant, humoresque detergunt, atque ideo plegmaticæ febri conveniunt. In multis locis sunt usitati.

Trochisci de Rosis purgantes.

℞ *Specierum jam dictarum quantum prior fuit dosis.*
Scammonii opt. drach. tres.

Conficiantur Trochisci ut prius.

Trochisci de Violis purgantes Mesuæ sine Scammonio.

℞ *Violarum purpurearũ mundatarum & mediocriter exiccatarum drach. sex.*
Turpeti albi & gummosi drach. quatuor.
Succi Glycyrhizæ,
Mannæ, an. drach. duas.

Succus Glycyrhizę, Manna & Violę simul bene conterantur, quibus addatur pulvis tenuissimus Turpeti: diu simul terantur, & cum Syrupo Violato, si opus fuerit, formentur Trochisci.

His utimur ad expurgandam pituitam lentam in thorace, cui bilis vitellina est permista, facitque ad difficultatem spirandi.

Trochisci è Violis cum Scammonio.

℞ *Diacrydii opt. scrupulos octo.*

Addantur superiori compositioni & cum Syrup. Viol. fiant Trochisci.

Validiores sunt prioribus, atque ideo in nostris officinis, hisce, pilulæ aliæ & alia medicamenta acuuntur.

Trochisci de Succino Cordi.

℞ *Ambræ optimæ,*
Succini candidi, ana unciam dimidiam.
Falerni,
Mellei, an. drach. duas.
nigri vel gagatis,
Camphoræ,
Margaritarum ambarum, an. drach. unam.
Onychis, id est, Blattæ Bysantiæ,
Dentalorum,
Entalorum,
Umbilici Veneris,
Lapid. Cancrorum,
Synodontum,
Xyloaloës,
Cinamomi,
Schœnanthi,
Nucis Moscatæ,
Cubebarum,
Cardamomi,
Croci,
Cyperi rotundi,

Zedoa-

Zedoariæ,
Doronici, ana drachmam mediam.
Cum mucilagine Dragacanthæ dissolutæ in aqua Majoranæ.
Fiant Trochisci.

LAPIDES *vel gemmæ Synodontides describuntur à Plinio lib. 37. cap. 10. & inveniuntur in capite, piscis marini Synodontis. In eorum penuria assumantur lapilli bini in capitibus piscium fluviatilium inventi, qui germanicè vocantur* Kaulperschen. *Alii nominant percam minorem.*

Valent adversus sanguinis mictum, calculum, ventriculi humiditates noxias, vertiginem, Epilepsiam, Apoplexiam, Tremorem & cordis imbecillitatem.

Trochisci Bechici Rubei.

℞ *Specierum quæ assumuntur ad Trochiscos Bechios albos,*
Boli Armeni præparati, ana quantum vis.
Cum infusione Tragacanthæ facta in Aqua Rosacea.
Fiant Trochisci.

In Catarrho subtiliori eius usus, quando leni exiccatione opus est.

SIEF SIVE COLLYRIA SICCA.

Sief album cum Opio & sine Opio.

℞ *Gummi Arabici,*
Tragacanthæ,
Amyli, ana drachmas quatuor.
Cerussæ lotæ drach. sex.
Sarcocollæ nutritæ drachm. tres.
Opii drach. unam.
Cum albumine ovi fiat Sief.

Paratur etiam sine Opio, ut utrumque sit in promtu.

Idem ferme describit Rhasis 3. ad Almansorem: nisi quod Cerussæ sint drach. decem. In Mesue Thus additur pro temporibus morborum in oculis. Sequens vero Galeni in Italia est usitatiss.

Ad oculorum fluxiones, lippitudines acres & dolores inde natos leniendos adhibetur cum aliquo conveniente liquore.

Collyrium album Galeni.

℞ *Cadmiæ lotæ, id est, Tutiæ præparatæ drach. sedecim.*

Cerussæ unciam unam.
Amyli,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachm. quatuor.
Opii drach. duas.

Excipiantur cum aqua pluvia vel Rosacea, & fiat Collyrium siccum. Paratur etiam sine opio.

Galenus describit 4. de Composit. Medicament. secundum loca cap. 7. & vocat τρυφερὸν, id est, delicatum. Vsus est cum ovo.

Ad oculorum ustiones, pustulas, chimoses, maxime in his qui nullam mordacitatem ferre possunt, utiles.

Sief Citrinum Mesuę in capite de Ophthalmia.

℞ *Cadmiæ ustæ, in lacte muliebri extinctæ ac lotæ, unciam unam.*
Cerussæ lotæ unc. duas.
Croci unciam dimidiam.
Opii drach. unam.
Tragacanthæ drachmas duas.
Aquæ pluviæ quantum satis fuerit.

Oculorum doloribus vehementiss. ac eorum ulceribus convenit.

Sief de Thure Rhasis.

℞ *Cadmiæ,*
Pompholygos,
Thuris, an. drach. decem.
Cerussæ drach. quadraginta.
Opii,
Gummi Arabici, ana drach. sex.
Aquæ pluviæ quantum sufficit.

Nimis magna est copia huius Collyrii, quare tertia aut quarta pars semel parari poterit.

Ad tumores ac fluxiones oculorum utile.

Sief de plumbo Mesuæ.

℞ *Plumbi usti & loti,*
Æris usti,
Antimonii sive Stibii,
Tutiæ lotæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ, ana drachm. octo.
Opii drach. semis.
Aquæ pluviæ quantum sufficit.

Replet & consolidat vulnera ac ulcera oculorum.

EMPLASTRA.

Emplaſtrum Diachylon ſimplex ſive album Meſuæ.

℞ *Mucilaginis Fænugræci,*
Seminis Lini,
Radic. Althææ, ana lib. unã.
Olei veteris clari lib. tres.
Litharg yri triti & mundati lib. unam ſemis.

Coquantur ſecundum artem, & fiat Emplaſtrum.

DIACHYLON vocatur hoc Emplaſtrum à ſuccis Viſcoſis ſive mucilaginibus, hodie corrupte nominant Diaquilum. Debent autem mucilagines iſtæ ſpiſſæ & viſcoſæ eſſe, ideoque oportet ut quantitas ſeminum & radicum ſit ſatis magna, unde fieri debent mucilagines.

Scirrhos Epatis, lienis, ventriculi & aliarum partium, ipſas etiam ſtrumas & durities emollit.

Emplaſtrum Diachylon compoſitum.

℞ *Mucilag. rad. Althææ,*
Semin. Lini,
Medii corticis ulmi,
Fænugræci, ana uncias quatuor.
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini, ana unciam unam & dimidiam.
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, an. unc. mediam.
Ceræ novæ unc. viginti.
Croci drach. duas.
Terebinthinæ unc. duas.

Gummi ſive lachrymæ reſolvantur in vino optimo, & fiat Emplaſtrum, ut artis eſt.

Hyeme licet oleorum & Terebinthinæ pondus augere.

Maturat apoſtemata & mollit durities, partim reſolvit, partim digerit, abstergitque ſaniem ruptorum abſceſſuum, & ſanat phlegmones.

Emplaſtrum Diachylon magnum filii Zachariæ ex Meſue.

℞ *Litharg yri mundi tenuiſsimè triti & per cribrum excuſsi uncias duodecim.*
Olei Irini,
Chamæmelini,
Anethini, ana unc. octo.
Mucilaginis ſeminis Lini,
radicum Althææ,
Fænugræci,
Ficuum pinguium,
Paſſularum,
Succi Iridis,
Scyllæ,

Oesypi,
Glutinis altanach, an. drach. duodecim.
Terebinthinæ unc. tres.
Resinæ pini,
Ceræ Citrinæ, an. unc. duas.

Conficiatur secundum artem Emplastrum.

SUCCUS *Scyllæ est mucilago ex trita Scylla expressa.*

OESYPUS *est pinguedo lanarum succidarum, cuius faciendi modum in ultimo tractatu indicabimus. vulgo vocatur in officinis Hyssopus humid.*

GLUTEN *Alchanach sive Alzanach est Ichtiyocolla, id est, gluthen sive colla piscium, vulgo* Hausen blasen. *Alii sumunt lymacum succum.*

Hoc Emplastrum debet habere consistentiam & formam Cerati.

Resolvit & maturat omnes durities & inflammationes.

Emplastrum Diachylon parvum Mesuæ.

℞ *Lithargyri uncias sex.*
Olei veteris clari lib. unam.
Mucilaginis psyllii uncias quatuor.
Hyoscyami unciam unam semis.
Seminis lini,
Radicum Althææ, an. uncias duas.

Fiat secundum artem Emplastrum Cerati alicuius consistentia.

Tumores calidos digerit atque emollit.

Emplastrum de Meliloto Mesuæ.

℞ *Meliloti uncias sex.*
Florum Chamæmeli,
Sem. Fænugræci,
Baccarum lauri,
Rad. Althææ,
Absynthii, an. drach. tres.
Semin. Apii,
Cardamomi,
Iridis,
Cyperi,
Spicæ Nardi indicæ,
Caßiæ ligneæ,
Ammios, an. drach. unam semis.
Sampsuchi, id est, Majoranæ, drach. tres.
Ammoniaci drach. decem.
Styracis calamitæ,
Bdellii, an. drach. quinque.
Terebinthinæ unciam unam semis.
Ficuum pinguium n°. duodecim.
Sevi Hircini,
Resinæ, an. uncias duas semis.
Ceræ uncias sex.
Olei Sampsuchini,
Ol. Spicæ, ana quantum satis est.

* Cum plerunque diversis modis paretur hoc Emplastrum alioqui multi usus, quó habeant juniores pharmacopœi exemplar diligentiæ, quod imitandum sibi proponant in aliis, placuit hoc loco ex commentariis in Mesuen Doctiss. Costæi integram rationem componendi exponere.

Huius, inquit, Emplastri materia, alia est infundenda, alia dissolvenda, alia terenda, & alia eliquanda. Infundi debent Melilotus & Fænugræcum. Horum enim semina (quę absoluto Fænugræci & Meliloti nomine sumenda sunt) dura ac lenta sunt substātia, quæ ut ex arte servatis eorum viribus contundi possint, macerari prius debent. Infundēda item est radix Althæę, quæ si teratur, ut aliquibus placet, succi & lentoris illius expers qui ad emolliendum requiritur, nullo fructu usurpatur. Infundi etiam aridæ ficus debent, ut molliores redditæ maceratione, facilius terantur, vix enim sine humore cōteres, neque, quod aliqui profitentur, per setaceum cum externo earum corio transfundes, quod ipsum quoq; sumi debet, ut eius lentore majore, quam internæ eius carnis, ad reliqua cogenda sit adjumento. Cum igitur hęc infundi debeant, materia infusionis paranda est, quæ postremo loco ponitur. Est autem decoctum Fænigręci, Meliloti & Chamæmeli singulorum ad unciam unam aut sescunciam & florum Chamæmeli unciis duabus in aquæ fontis sesquilibra decoctis ad tertias. In expressi huius decocti una parte, Meliloti ac Fęnigræci semina primo loco proposita seorsim, in alia radix Althęę, in alia Ficus macerentur, quousque intumeant & mollia tunc sint omnia. Quare ubi superfluum humorē leniter expresseris, ad hoc jam apta contundes, contusa vero tenacia atque ad parandum Emplastrum jam idonea habes. Succum, quem ex his maceratis antea expresseras, ad Ammoniaci ac Bdellii dissolutionē traduces, simulq; vel etiam seorsim eadem succi parte dissolvatur Styrax, nisi malis cum resina, cum qua facile liquescit. Dissolvantur hoc pacto quoque lachrymæ cum prædicta Meliloti ac Fænigræci itemque Althæę & ficuum materia, diligentique contusione & tractatione commisceantur, & in unum quasi corpus ducantur. Cū quo deinceps oleum tum spicatum tum sampsuchinum, sepum, resinas & ceram seorsim eliquata & com-

commista, diligenter confundantur. Vbi hæc ipsa materia exacte fuerit commista, tunc reliquarum rerum pulvis jam paratus & setaceo colo transfusus illi aspergendus est sensim, & diligenter dum adhuc ea calet permiscendus. Ac si quis ita paraverit, illud consistentiam debitam & mediocriter tenacem adipiscetur, quæ neque situm contrahet, neque tam facile è corporis parte cui apponitur absistet, quo vitio hoc Emplastrum ægrotis sæpe molestum esse solet. Olei utriusque erunt circiter unciæ tres usque ad quinque si necesse fuerit.*

OLEVM *Spicæ Mesue intelligit oleum Spicæ Nardi sive Nardinum. Mesue enim nusquam meminit Lavendulæ majoris, quæ hodie Spica vocatur, neque eius olei, quod etiam vocant oleum Spicæ.*

* Est etiam hic lectionis diversitas in Mesue, quædam enim exempla habent à semine Apii incipiendo usque ad semen Ammios drachmas duas semis, quam dosin Coudenbergius & pauci alii ponunt. Major tamen pars autorũ priorem, scilicet drachmam unam & semis, retinet.*

Emollit omnem duritiem, quæ in Epate, ventriculo & liene ac reliquis partibus existit, flatus resolvit, dolorem vehementem sedat, ac hypochondria tensa sanat. Eo utimur in crassa & frigida materia, ut in bubonibus inguinum, ad incidendum, emolliendum, discutiendum & calefaciendum.

Emplastrum Triapharmacum Mesuæ.

℞ *Lithargyri subtiliss. triti,*
Aceti vini, an. lib. unam.
Olei veteris libras duas.

Fiat Emplastrum secundum artem.

Galeni ab hoc parum differt. Vocatur etiam Vnguentum de Lithargyro Mesuæ, si adhuc crudum est.

Siccat, & ulcera difficilia fistulasque recentes ac non callosas sanat. Galenus utitur ad parotides, quæ fistulam minantur.

Emplastrum Oxycroceum Nicolai.

℞ *Ceræ,*
Picis,
Colophoniæ,
Croci, an. libram unam.
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniaci,
Myrrhæ,
Thuris,
Mastiches, an. unc. quatuor.
Aceti phialam unam.

Galbanum & Ammoniacum in aceto quantũ sufficit dissolvantur, & rursum ad lentorem coquantur, tum addantur liquefactis simul Ceræ, Pici, Colophoniæ & Terebinthinæ. Postquam omnia sunt commista, inspergantur etiam Myrrha, Thus

Thus ac Mastiche, subtiliss. trita; postremum vero etiam Crocus per se in tenuissimũ pulverem redactus, ac fiat ut artis est Emplastrum.

Dicitur Oxycroceum hoc Emplastrum, ab ingredientibus Croco & Aceto.

Nicolaus Alexandrinus secundum hunc modum tradit Oxycrocei confectionem. Alii autem qui ex hoc Emplastrum exscripserunt, tertiam eius partem describunt, & cum uncias quatuor in tres partes dividere conarentur, tertiam earum partem statuerunt unciam unam, drachmas tres, itaque resultat drachma una. Nam ter tria novem faciunt, quapropter nos maluimus ex fontibus haurire huius Emplastri compositionem.

* Vide infra in Appendice Vigonis Oxycroceum, quod huic præfertur.*

Prodest ossibus fractis, ac partibus dolore aliquo affectis ex caussa frigida, duritiem emollit & discutit.

Sed caute usurpandum initio in affluxu humorum, alioqui sæpenumero magnos dolores excitasse experientia testatur.

Emplastrum Apostolicum Nicolai.

℞ *Litharg yri uncias sex.*
Ceræ luteæ,
Colophoniæ, an. unc. duas.
Visci quercini,
Propoleos, an. unciam unam.
Lapidis Calaminaris,
Ammoniaci, ana drach. sex.
Mastiches,
Olibani sive Thuris, ana drach. quatuor.
Mumiæ,
Terebinthinæ,
Bdellii,
Galbani,
Myrrhæ,
Æris usti,
Squamæ æris,
Viridis æris,
Sarcocollæ,
Dictamni Cretici,
Aristolochiæ rotundæ,
Opopanacis, an. drach. tres.
Olei veteris lib. unam.
Vini clari quantum sufficit ad Galbanum, Ammoniacum, & Opopanacem dissolvenda.

Fiat Emplastrum secundum artem ac diligenter.

PROPOLIS *non sunt sordes alveariorum apum, sed est cera odorata, qua apes ante hyemem foramina alveariorum obturant. Germanice vocatur* Bet & Methwachß, *eam apes colligunt ex oculis populi & betulæ arborum.*

VISCUM *Quercinum non hic significat lignum visci quercini, sed gluten illud lentum ex visco quercino extractum, quo capiuntur aves.*

SQUAMA *Æris duplex est, una crassa, germanicè* Kupfferschlag / *altera farinæ modo tenuis & ruffa* Kesselbraun / *estque efficacior, atque ideo hic assumi debet.*

Valet ad dolores cervicis potiss. & renum. Sagittas & alia corpori infixa extrahit.

Emplastrum Apostolicum Nicolai Alexandrini.

℞ *Litharg yri drach. octodecim.*
Ceræ rubeæ,
Colophoniæ, an. drach. sex.

Pro-

Propoleos,
Visci quercini, an. drach. tres.
Ammoniaci,
Lapidis calaminaris,
Thuris, an. drach. duas.
Mastiches,
Mumiæ, ana drachmam unam semis.
Terebinthinæ,
Galbani,
Bdellii,
Myrrhæ,
Chalcu cecaumeni, id est, Æris usti,
Sarcocollæ,
Lepidos Chalcu, id est, Squamæ æris,
Opopanacis,
Dictamni Cretici,
Aristolochiæ,
Prasii viridis, id est, Viridis æris, an. drach. unam.
Olei veteris quantum sufficit, vel libram dimidiam.

Quamvis Nicolaus non exprimat pondus Olei, tamen hoc mihi sufficere videtur.

Coquatur Lithargyrum ut artis est ex oleo, donec fiat massa purpurea, quæ non adhęreat manibus dum refrigerata tractatur, quod Græci vocant Amolyntum: deinde omnia sigillatim secundum artem injiciantur. Galbanum & Opopanax in vino dissolvantur, reliqua gummi terantur & inspergantur, Dictamnus Creticus verus per se ultimo addatur.

Ad omnia vulnera recentia & antiqua, ac ad nervos præcisos vel musculos, ad puncturas morsusque terrestrium animalium vel marinorum peculiariter congruit, educit ab iis humores & putredines intime immersas, & cavitates earũ pura carne replet, repletisque cicatricem absque detrimento inducit. Sagittas, calamos & similia altius membris infixa sine dolore extrahit.

Emplastrum album coctum.

℞ *Olei lib. duas.*
Cerussæ lib. unam semis.
Ceræ albæ unc. quatuor.

Coquatur secundum artem ac fiat Emplastrum.

* Hoc potius Ceratum, ut & alia, dici posset: sed quia sub nomine Emplastri notum est, hic reliquimus. Dicitur quoque Emplastrum de Cerussa: ac tantum coctione differt ab unguento albo. *

Cõfert intertriginibus, excoriationibus & levibus cutis exulcerationibus.

Emplastrum Griseum de Lapide Calaminari.

℞ *Lapidis Calaminar. præparati unc. unam.*
Litharg yri unc. duas.
Cerussæ unciam dimidiam.
Tutiæ drach. unam.
Terebinthinæ drach. sex.
Ceræ albæ unciam unã semis.
Sevi Cervini unc. duas.
Thuris Electi drach. quinque.

Masti-

Mastiches drach. tres.
Myrrhæ drach. duas.
Camphoræ drach. unã semis.
Confice secundum artem.
Exiccat, ulcera explet, & cicatricem inducit.

Emplastrum Viride.

℞ *Ceræ novæ,*
Resinæ,
Terebinthinæ, ana uncias quatuor.
Thuris sive Olibani,
Mastiches,
Viridis æris, an. drach. tres.
Conficiatur secundum artem.

Emplastrum Basilicum magnum.

℞ *Ceræ albæ,*
Resinæ pineæ,
Sevi vaccini,
Picis navalis,
Terebinthinæ.
Thuris sive Olibani,
Myrrhæ, an unciam unam.
Olei quantum satis est.
Ad componendum Emplastrum.
Vlcera phlegmone carentia, præsertim partium nervosarum terget, & carne implet.

Emplastrum de Crusta panis, Montagnanæ.

℞ *Mastiches,*
Menthæ,
Spodii,
Corallii rubri,
Santali rubri,
albi, an. drach. unam.
Crustæ panis tostæ & maceratæ in aceto per horam mediam, uncias duas.
Olei Mastichini,
Citoniorum, an. unciam unam.
Farinæ Hordei quantum sufficit.
Alibi parum Ceræ addunt.
Fiat Emplastrum.
Efficax in vomitu puerorum, & his qui debili sunt ventriculo, ac cibum retinere nequeunt.

Emplastrum de Baccis lauri Mesuæ.

℞ *Thuris,*
Mastiches,
Myrrhæ, an. unc. unam.
Baccarum Lauri unc. duas.
Cyperi,
Costi, an. unciam dimidiam.
Mellis colati quantum ad cogendum satis est.
Si vero triplum Cyperi & stercoris Vaccarum aut Caprarum sicci ad pondus omnium accipiatur:
Erit efficacius ad Hydropem & inflationes discutiendas.
Baccis exterior cortex debet detrahi.
Ventriculi, Epatis, intestinorum, vesicæ, uteri & partium aliarum dolorem à flatibus aut intemperie frigida ortum mitigat.

APPENDIX.

Emplastrum Diaphœnicon calidum Mesuæ.

℞ *Ceræ uncias duas.*
Olei Rosati,
Nardini, ana uncias quatuor.

Simul liquetur omnia, deinde

℞ *Dactylorum siccorum n°. quadraginta.*
Panis Biscocti unc. unam.

Macerentur in vino odorato biduum, deinde

℞ *Carnis Citoniorum in vino coctorum unc. unam.*

Contundātur & permisceantur superioribus, & addantur sequentia in mortario bene contusa.

℞ *Masticbes,*
Thuris,
Absynthii Romani, ana drach. duas semis.
Ligni Aloës,
Macis,
Myrrhæ,
Aloës lotæ,
Spicæ Nardi,
Acaciæ,
Galliæ Moscatæ,
Trochisc. Ramich.
Calami aromatici, an. drachmam unam.
Ladani drach. duas.

Omnibus bene permistis fiat Emplastrum.

Ventriculum & Epar firmat, Lyenteriæ ac dysenteriæ succurrit.

Emplastrum Diaphœnicon frigidum Mesuæ.

℞ *Dactylorum maturitati proximorum, in vino austero coctorum, unc. quinq;*
Panis Biscocti unc. unciam.
Carnis Citoniorum in vino austero coctorū unciam unam semis.
Styracis Calamitæ,
Mastiches,
Ladani,
Acaciæ,
Omphacii,
Florum Labruscæ,
Rosarum rubearum,
Santali Citrini,
Trochiscorum Ramich,
Myrrhæ,
Ligni Aloës, an. drach. quat.
Ceræ uncias quatuor.
Olei Rosacei unc. quindecim.
Vini austeri quātum sufficit.

Fiat Emplastrum.

Ventrem inferiorem totum, ne aliarum partium recrementa suscipiat, roborat, coctionem juvat, atque ideo vomitum, choleram morbum, Lienteriam, Dysenteriam epaticam, ut antecedens juvat, nec multum compositione variant.

Empla-

Emplastrum ad pleuritidem.

℞ *Rad. Althææ unc. tres.*
Anethi,
Violarum,
Farinæ hordei,
Fænigræci,
Sem. Lini, an. unc. duas.
Olei Violati,
Chamæmelini,
Amygd. dulcium, ana uncias octo.
Ceræ,
Butyri, ana unc. quatuor.

Fiat arte Emplastrum.

Hoc Emplastrum Georgius Melichius magno successu usurpari in pleuritide scribit. Talia autem Emplastra non diu asservari, sed necessitate urgēte sæpe parari possunt. Olea enim cum radicibus cocta vires suas amittunt.

Huic non est dissimile, atque etiam forsitan in quibusdam eiusmodi morbis efficacius Emplastrum Doctiss. Montani, quod plurimum commendat Cons. 116.

℞ *Malvarum,*
Florum Chamæmeli, an. manipul. duos.
Meliloti,
Anethi,
Violarum, an. manip. unum.
Sem. Lini,
Fænugræci, an. uncias duas.

Decoquantur in aqua & contundantur. Deinde

℞ *Olei Amygd. dulc.*
Lilior. alb.
Sesamini. an. uncias duas.
Pinguedin. gallinæ unciam unam.
Farinæ hordei & fabarum quantum satis.

Fiat Emplastrum.

Emplastrum ad Hydropem.

℞ *Stercoris Columbini aceto macerati lib. unam.*
Sulphuris vivi unc. unam.
Nitri vel Salis gemmei unciam semis.
Pul. rad. Enulæ,
Baccarum Lauri,
Anethi,
Florum Chamæmeli, an. drach. sex.
Sem. Nasturtii drach. duas.

Decoquantur omnia in vino ad consistentiam, & addantur

Mellis unciæ duæ.
Terebinthinæ unc. una semis.
Succi Ebuli unciæ duæ.
Iridis uncia una.
Farinæ fabarum uncia una semis.

Fiat Emplastrum.

Hoc Emplastrum Italis Medicis, præsertim Patavinis est usitatiss. atque non sine caussa pharmacopœiæ Augustanæ coronidis loco additum, quod nostris quoque officinis cupimus esse commendatum.

Emplastrum contra calculum.

℞ *Mucilaginis Althææ,*

 Lini,

Lini,
Fœnigræci, ana unciam dimidiam.
Medullæ cruris vituli,
Pingued. Suillæ,
Gallinaceæ,
Taxi,
Anatis, ana drach. tres.
Resinæ pini,
Terebinthinæ, ana unciam mediam.
Olei Scorpionis,
Chamæmelini,
Amygd. dulc. an. unciam unam semis.
Ladani unciam unam.
Cum Cera quantum sufficit.

Fiat Emplastrũ, vel Ceratum.

Emollit plurimum in calculo, & vias dilatat, doloresque mitigat. Hoc primum apud nos in usum introduxit ante multos annos Cl. Vir & præcipuus hic Medicus D. Henricus Vvolfius.

Emplastrum Oxycroceum Vigonis, in suo Antidot. cap. 16. pro Oxycroceo communi usurpandum.

℞ *Olei Myrtini,*
Rosarum,
Omphacini, an. lib. unam semis.
Succi radicum Althææ libras duas.
Radicum & folior. fraxini.
Consolidæ minoris.
Foliorum Myrti, ana manipulum unum.

Omnia prius aliquantulum contusa, bulliant in vino nigro quantum sufficit ad consumtionem medietatis, deinde

℞ *Myrrhæ,*
Thuris, an. unciam mediam.

Postea colentur valide, & colaturæ addantur

Sevi hircini libra media.
Terebinthinæ unc. duæ.
Mastiches uncia una.

Iterum cum prædictis oleis bulliant ad cõsumtionem decoctionis, ac colentur addendo

Lithargyri auri,
argenti, ana uncias tres.
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ, an. unc. duas.
Minii drach. decem.

Coquantur lento igne, ac cum cera nova sufficiente, semper agitando, fiat Emplastrum.

Hoc præstantius est quam Nicolai, quare jam alteri præfertur, ad eosdem usus, & in multis officinis paratur.

Emplastrum Nervinum eiusdem.

℞ *Olei Chamæmelini,*
Rosacei, an. uncias duas.
Ol. Ma-

Olei Mastichini,
Terebinthini,
Lini, ana unciam unam semis.
Terebinthinæ claræ uncias quatuor.
Sevi vituli castrati,
hircini, ana uncias duas semis.
Herbar. Rorismarini,
Bethonicæ,
Caudæ equinæ,
Centaurii, ana manipul. unum.
Vermium terrestrium lotorum & purgatorum in vino uncias tres.

Coquantur simul in vino.

Rad. rubeæ tinctorum drach. decem.
Hyperici foliorum & seminis ana manipul. unum.
Masticbes pulverisatæ,
Gummi Elemi, ana drachm. decem.
Picis navalis,
Resinæ, an. unc. unam semis.
Sagapeni,
Galbani,
Ammoniaci, an. drach. tres.

Dissolutis Gummi in aceto, cum cyatho uno vini odoriferi aliquantulum cõtundantur, postea decoquantur & exprimantur, cui expressioni addantur.

Lithargyri auri,
argenti, an. unc. duæ semis.
Minii unciæ duæ.

Iterum bulliant, inprimis apud lentum ignem agitando bacillo, ac deinde eundẽ augẽdo, coquantur donec acquirãt colorem subnigrũ, quo facto cum Cera nova sufficiente fiat Emplastrũ in forma conveniente. Modus componendi talis esse debet, ut in sufficiente vino odorifero coquantur herbæ, radices & vermes, deinde exprimantur, ac bulliat expressum cũ oleis ad vini consumtionem.

Postea adijciantur Terebinthina, Sevum, Mastiche, & Gummi aceto diluta, rursum coquantur addendo Ceram, & sub finem decoctionis Lithargyrum ac Minium.

Emollit, digerit, resolvit, ac nervosarum partium malis admodum utile est. Efficax inprimis in fracturis ossium, sedat dolorem, & membra fracta ligando roborat. Potest etiam inter Cerata referri. Describitur à Vigone lib. 8. Antidot. cap. 16.

Emplastrum ad Bubones.

℞ *Rad. Ari,*
Dictamni albi,
Pimpinellæ,

Vincetoxici, an. drach. unam semis.
Farinæ Hordei drachmas quinque.
Lupinorum drach. tres.
Herbæ Betonicæ,
Centaurii minoris,
Hyssopi,
Rutæ,
Scabiosæ, ana drachm. dimidiam.
Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni, ana drachmas tres semis.
Aceti Scyllitici unciam unam.
Lixivii unciam dimidiam.
Succi Alliorum,
Cæparum, an. unciam unam semis.
Theriacæ opt. drach. tres.
Croci,
Camphoræ, ana scrupulum dimidium.
Ceræ Citrinæ,
Resinæ,
Terebinthinæ, an. quantum sufficit.
Emplastri Diachylon simplic. unciam unam semis.
de Meliloto unciam mediam.
Fermenti acris unciam unam semis.

Fiat lege artis Emplastrum.

Tempore pestis nihil efficacius ad bubones maturandos, possumus quoque uti in aliis abscessibus malignis & ad maturationem non pervenientibus.

Emplastrum Sciaticum.

℞ *Resinæ pini lib. unam.*
Galbani unciam unam & semis.
Mastiches unciam unam.

Misceantur tamdiu donec ad formam Emplastri perveniant.

In Italia usitatum, & apud nos quoque frequens ad educendos è profundo humores peccantes in Ischiadicis doloribus, illosque discutiendos.

Emplastrum de Stercore Columbino.

℞ *Gummi Ammoniaci unciam unam semis.*
Sandarachæ drach. sex.
Stercoris columbini sylvestris subtilissimè pulverisati drachm. tres.
Mastiches drach. unam.

Incorporentur omnia simul in mortario cum pistillo calido in aceto intincto, ac fiat Emplastrum.

In Catarrhis diuturnis capiti imponitur ad materiam retinendam.

CERA-

CERATA.

Ceratum infrigidans Galeni ex Mesue.

℞ *Ceræ albæ unciam unam.*
Olei Rosati omphacini uncias quatuor.

Agitentur simul cum modico albi & clari aceti. Oleum vero Omphacinum antequam rosas recipiat, sæpius est lavandum cum aqua fontis gelidissima, deinde paretur secundum artem.

Refrigerat in febribus ardentibus, & mitigat calorem Epatis, sedat dolores capitis, in partibus istis & supra spinam dorsi illitum.

Ceratum Santalinum Mesuæ.

℞ *Rosarum drach. duodecim.*
Santali rubei drach. decem.
Santali albi,
Citrini, an. drach. sex.
Boli Armeni drach. septem.
Spodii drach. quatuor.
Camphoræ drach. duas.
Ceræ albæ drach. triginta.
Olei Rosacei lib. unam.

Santala primum trita cribro trajiciantur, deinde rosæ. Spodiũ super tabula marmorea terendum. Omnia deinde per stamen transmittenda, ut in tenuiss. pulverem redigãtur. Camphora prius in mortario oleo Rosaceo inuncto teritur ac cæteris additur. & fiat Ceratum ut moris est.

Phlegmonas & calidas intemperies ventriculi, Epatis & partium aliarum emendat.

* Foësius in sua pharmacopœa & alii propter Santala & Camphoram non adeo refrigerare volunt. His docte respondet Costæus in Comment. suis in Mesuen, ac ostendit, Camphoræ drachmas duas ad reliquorum refrigerantium dosin, quæ duas libras æquant, parum calefacere, immo magis deducere reliqua propter sui tenuitatem in actum. Atque idem ostendit sæpe potius per accidens quàm per se calefacere, ob incuriam eorum, qui ægris inserviunt, qui partes prioris Cerati sordibus infectas non purgent, nec aqua calida abluant, præterea Ceratum nimis crassum & solidum imponant, quod corrigi posit si liberalius addatur oleum, ut fiat instar linimenti. *

Ceratum Stomachicum Galeni secundum Mesuem.

℞ *Rosarum rubrarum drach. viginti.*
Foliorum Absynthii drach. quindecim.
Mastiches drach. viginti.
Spicæ Nardi Indicæ drachm. decem.

Ceræ

Ceræ mundæ uncias quatuor.
Olei Rosacei lib. unam semis.

Cera & oleum aliquoties ex aqua Rosarum laventur, & excolata omni aqua, rursum ad lentum ignem resolvatur, deinde alia omnia in subtiliss. pulverem trita inspergantur.

* Post lotionem cum Aqua Rosacea in Italia rursum lavant vino veteri, succo citoniorum & aceto: quod etiam Mesues docet. Quod si frigidior sit intemperies ventriculi, secundum Costæum, aliquid Olei Nardini vel Spicati aut simile addẽdum. *

Ventriculum & Epar roborat, ac horum dolorem à frigida caussa lenit, appetentiam excitat, ac coctionem juvat.

APPENDIX.

Ceratum Cerine Ctesiphontis.

℞ *Ceræ Citrinæ,*
Terebinthinæ,
Olei antiqui,
Salis Nitri, ana librā semis.
Aquæ communis uncias octo.

Dissolvatur Nitrum in aqua mortario imposita ad perfectam colaturam, posteà ponatur ad ignem semper agitando cum baculo ad perfectam coctionem, fiat Massa.

Exiccat mirificè humores omnium corporis partium & præsertim scroti.

Ceratum Diachalciteos sive Diapalma Galeni.

℞ *Olei veteris,*
Lithargyri argentei, ana libr. tres.
Axungiæ Porci veteris depuratæ lib. duas.
Chalcitidis, sive eius loco Vitrioli stalactici uncias quatuor.

Liquefactis igni auxungiæ & oleo, misceatur Lithargyrum & Chalcitis sive Vitriolum, movendo continuo ramis palmæ recentibus demto prius cortice: verum ubi pars rami medicamẽto immissa calore exarescat, abscindatur & reliqua adhuc recens immittatur, & coquatur ad cõvenientem crassitiem, injecto inter coquendum ramo palmæ viridis minutim inciso.

Ita componunt Galenus 1. de Compos. secund. genera cap. 4. & Mesue. Aliqui sumunt pro ramo inciso succum ex eodem expressum, & fit Medicamentum efficacius. Alii urunt Chalcitidem, quod non est in Galeno.

Cum vero apud nos non reperiantur rami virides Palmæ, Manardus eius loco sumit ramum succulentum quercus: alii accipiunt Pyri aut Pruni sylvestris, aut Salicis lignum. Nonnulli Cannis utuntur, quod tamen non omnibus placet, quamvis Mesue in Vnguento palmeo usurpet.

Vtile est vulneribus cruentis, tumoribus pestilentibus, ambustis, ruptis, & contusis. Multiplicem eius usum pro diversarum rerũ commistione prolixe

tractat Galenus in loco jam commemorato. Observandum autem diligenter quod idem autor monet, si aliis hæc cerata miscenda sint, & eliquanda, ut id fiat in vase duplici, & non ad ignem, alioqui nimis friguntur olea & pinguedines & omnia corrumpuntur.

Ceratum pro Herniosis.

℞ *Pul. Mastiches,*
Mumiæ,
Thuris,
Electri sive succini,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Aloës opt.
Balaustiorum,
Rosarum, an. unciam dimidiam.
Sanguinis Draconis,
Boli Armeni,
Lapid. Hæmatitis, ana drach. sex.
Olei Rosarum unc. tres.
Myrtini,
Mastichini, an. unc. unã.
Cum Cera & Resina quantum sufficit.

Fiat Ceratum.

Hoc in frequenti usu habuit Cl. Medicus & excellens Chirurgus D. Volkerus Coiter Frisius p. m. collega noster, quod adhuc feliciter in herniosis affectibus usurpatur.

Ceratum ad Matricem.

℞ *Galbani drach. quinque.*
Bdellii drach. duas.
Emplastri de Meliloto unciam unam.
de pelle arietina drac. duas semis.
Sem. Rutæ,
Agni casti scrup. dimidiũ.
Pulegii drach. dimidiam.
Specierum Diambræ,
Caryophyllorum,
Nucis Muscatæ, ana scrup. medium.

Dissolvantur gummi in aceto, & cum Cera ac oleo Chamæm. q. s. fiat Ceratum.

VNGVENTA.

Vnguentum Agrippæ Nicolai.

℞ *Rad. recent. Bryoniæ lib. duas.*
Cucumeris asinini lib. unã.
Laminarum Scyllæ albæ libram dimidiam.
Rad. Iridis uncias tres.
Filicis maris,
Ebuli,

Tribulorum Aquaticor. ana uncias duas.
Ceræ albiß. unc. quindecim.
Olei albiß. lib. quatuor.

Radices omnes istæ recentes ter vel quater abluantur, deinde incisæ & contusæ macerentur in libris quatuor Olei communis per dies sex vel septem, postea lento igne coquantur, colentur ac exprimantur, demum in expresso dissolvatur Cera, & fiat unguentum.

Apud Nicolaum Alexandrinum invenitur idem unguentum, sed impresi Codices non habent radices Filicis & Ebuli. Myrepsus vocat Grypa. Oportet autem istas radices esse recentes, quod si tales non sint ad manum, urgente necesitate sumantur siccę, & affundantur vini optimi libræ quatuor.

* Tribulorum aquaticorum fructus accipiendos esse Cordus & alii volunt, sed major pars in Italia accipit radices tribuli aquatici marini. *

Hydropicis, omnibusque ædematosis tumoribus succurrit. Nervorum etiam vitia sanat, urinam movet, extrinsecus illitum ventrem movet, dolorique renum auxiliatur.

Vnguentum Apostolicum Avicennæ.

℞ *Terebinthinæ,*
Ceræ albæ,
Resinæ,
Ammoniaci, ana drachm. quatuordecim.
Aristolochiæ longæ,
Thuris masculi,
Bdellii, an. drach. sex.
Myrrhæ,
Galbani, an. drach. quatuor.
Opopanacis,
Floris æris, an. drach. duas.
Lithargyri drach. novem.
Olei in æstate lib. duas, in hyeme tres.
Aceti quantum satis est ad dissolvendum Ammoniacum, Galbanum, & Opopanacem.

Fiat unguentum in consistentia conveniente.

FLOS *æris proprie significat grana quædam parva, quæ à partibus æris prosiliunt, cum refrigerantur panes ærei affusa aqua: hoc tamen loco solet poni Viride æris.*

Efficax in vulneribus, & ulceribus difficilibus ac fistulis. Consumit carnem putridam, & consumtam instaurat, duram mollit & plagas sanat.

Vnguentum Aregon Nicolai.

℞ *Rorismarini,*
Majoranæ,
Radicis Jari, id est, serpentariæ veræ vel Ari,
Serpilli,
Rutæ,
Rad. Cucum. asinini, an. unc. quatuor semis.
Folior. Lauri,
Salviæ,
Sabinæ, ana uncias tres.

Pulicariæ majoris, id est,
Conyzæ,
minoris, an. uncias quatuor.
Radicum Bryoniæ unc. tres.
Laureolæ uncias novem, alii uncias quatuor semis.
Foliorum Cucumeris asinini,
Nepetæ, ana uncias sex: alii uncias tres.
Masticbes,
Thuris albi, ana drach. sex, alii unc. unam semis.
Pyrethri,
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis, ana unc. unam.
Adipis ursini,
Olei Laurini, an. uncias tres.
Moschellini unciam dimidiam.
Petrolei unciam unam.
Butyri uncias quatuor vel quantum sufficit.
Olei veteris circiter lib. septem vel octo, vel quantum sufficit.

Herbæ & radices mense Majo collectæ, & fortiter contusę ponãtur in oleo per septem dies, octavo autem super ignem ponantur, & cum bullire cœperint addantur oleum Laurinũ, Butyrum, adeps ursinus, & Ceræ libra una unciæ tres, quib. liquefactis adjiciãtur Petroleum & oleum Moschellinum, postea Mastiche, Thus, Zingiber, Piper, Pyrethrum & Euphorbiũ, & tunc ab igne deponãtur, & fiat unguentum ex arte.

* Requirit aliquam diligentiam parandi hoc unguentum, cum pauca copia olei, ut est quinque librarum, vix possit sufficere, quare augenda illius dosis, ut debita fieri possit coctio, qua peracta per linteum crassius valide exprimatur, ut liquoris nihil relinquatur in herbis, & reliqua administranda, ut jam dictum.

Coudenbergius, ut notavimus, emendavit pondera, sed antiquam lectionem ferme omnes in Italia retinent.

LAVREOLA *est planta similis Thymæleæ, id est, plantæ, in qua nascitur Coccognidium.*

Prodest corporis frigidis vitiis, convulsionibus ac resolutionibus partium, item dolori colico, renum ac articulorum. Vtimur quoque ad uterinos affectus, quartanam & morbum comitialem. Rigores febrium, spinæ illitum discutit. frequens etiam usus ad scabiem ex lue Venerea.

Vnguentum Martiatum Nicolai.

℞ *Ceræ albæ lib. duas.*
Olei communis maturi & antiqui lib. octo.
Foliorum Rorismarini,
Lauri, ana uncias octo.
Rutæ hortensis uncias septem.
Foliorum Tamaricis unc. sex.
Majoranæ (alii omittunt.)
Folior. Ebuli pro Ebrio,
Sabinæ,

Balsamitæ sive Menthæ aquaticæ,
Salviæ,
Ocimi majoris,
Polii montani, præsertim Cretici,
Calaminthæ montanæ,
Artemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ ursinæ, id est, Acanthi,
Spargulæ, id est, Gallii vel potius Aparinæ,
Herbæ Venti, id est, Parietariæ,
Pimpinellæ, id est, sanguinis orbæ vel nostratis,
Agrimoniæ,
Absynthii,
Herbæ paralysis, id est, primulæ veris,
Herbæ Sanctæ Mariæ sive Persicariæ maculosæ, alii Menthæ Romanæ vel Græcæ,
Cimarum Sambuci,
Herbæ Crassulæ, id est, fabæ inversæ,
Millefolii,
Sedi sive Sempervivi majoris,
Chamædryos,
Centaurii,
Centumnerviæ, id est, plantaginis majoris,
Fragulæ, id est, fragariæ,
Tetrahit sive herbæ Judaicæ, id est, Syderitidis, vel Erui,
Quinquefolii, ana uncias quatuor semis.
Radicum Ibisci, id est, Althææ,
Sem. Cymini,
Folior. Myrti veræ, ana uncias tres.
Fænigræci unciam unam semis.
Butyri unc. unam drac. duas.
Sem. Urticæ majoris,
Violarum,
Papaveris nigri,
alii albi,
Menthæ Saracenicæ,
Crispæ,
Lapatioli, id est, acetosæ,
Polytrichi sive adianthi,
Carduncelli, id est, cardui benedicti, alii senecionis,
Matris sylvæ sive periclymeni,
Maturellæ, id est, radicum Valerianæ majoris,
Herbæ Moscatæ, id est, geranii odorati,
Alleluiæ, id est, Trifolii acetosi sive oxydis,
Linguæ Cervinæ, id est, phyllitidis vel secundum alios hemionitidis,
Crispulæ, id est, cotulæ non fætidæ, sive matricariæ,
Cam-

Camphoratæ, id est, abrotani fœminæ,
Styracis calamitæ,
Medullæ cervinæ, an. unciam mediam,
Adipis Ursini,
Gallinacei,
Mastiches,
Thuris, ana unciam unam.
Olei Nardini uncias duas.

Herbæ omnes in Majo mense colligantur & incisæ macerentur in vino odorifero per dies septem, octavo deinde coquantur donec fere cõsumatur vinum, postea coletur, & colaturæ expressæ addatur oleum, & rursum bulliant donec consumatur vinum, mox adijciantur reliqua unà cum Cera secundum artem.

* In hac multiplici congerie (haud scio quam necessaria) Simplicium novis & adeo inusitatis nominibus expositorum, vere dici potest quod proverbium ex græco senario desumtum innuit, Bene qui conjiciet vatem hunc perhibebo optimum. Nos tamen diligenter collatis exemplaribus: lectionem studuimus retinere probabiliorem, præsertim quoad Myrrham, pro qua major pars folia Myrti veræ ponit, quamvis & Myrrha retineri posit. *

Nicolaus Alexandrinus paulo aliter describit hoc unguentum, ut Codices impresi ostendunt, ideoque & eius modum subjungemus, nam variant ponderum ordines & doses.

Adversus frigidos corporis affectus, resolutionem coxæ, nephritim, convulsionem & id genus alia prodest, tumores reprimit, durities emollit, ac livores cutis emendat.

Vnguentum Martiatum magnum Nicolai Alexandrini.

℞ *Ceræ albæ libras novem.*
Olei sextarios sex.
Rorismarini,
Foliorum Lauri, ana libras duas semis.
Amaraci, id est, Majoranæ,
Esbrii, id est, Ebuli,
Sabinæ,
Balsamitæ,
Ocimi,
Salviæ,
Polii veri,
Calaminthæ,
Artemisiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ Ursinæ,
Herbæ venti, id est, Parietariæ,
Pimpinellæ,
Argemoniæ, id est, Agrimoniæ,
Absynthii,
Herbæ paralysis,
Sanctæ Mariæ,
Cimarum Sambuci,
Herbæ Crassulæ,
Sempervivi,
Millefolii,
Chamædryos,
Centaurii,
Centumnerviæ,
Fragulæ,

Quinquefolii,
Herbæ Tetrahit, an. lib. unam & dimidiam.
Radicis Ibisci,
Cymini,
Fol. Myrti veræ, ana libram unam.
Fænigræci lib. dimidiam,
Butyri uncias quinque.
Urticæ,
Violarum,
Papaveris rubri, id est, agrestis,
Menthæ Saracenicæ,
Menthæ alterius, id est, Crispæ sativæ,
Lapatioli,
Polytrichi,
Carduncelli,
Matris sylvæ,
Marathri vel maturellæ, id est, Valerianæ,
Herbæ Moscatæ,
Alleluiæ,
Linguæ Cervinæ,
Crispulæ,
Camphoratæ,
Styracis,
Medullæ Cervinæ,
Adipis Ursini,
Adipis Gallinacei, ana uncias tres.
Thuris uncias duas.
Olei Nardini unciam unam.

Conficiatur hoc modo. Herbę omnes atque radices in fine Maii mensis, vel circa Solstitium æstivū collectæ, minutim incisæ, in vini sufficienti quantitate macerētur per dies septem, octava deinde die coquantur lento igne, donec propemodū vinum sit cōsumtum, postea colentur ac exprimātur, & affundantur colaturæ expressæ olei prędictæ libræ octo & unciæ quatuor, & iterum bulliant, donec omnis aqueus herbarū succus cum vino in vaporem resolutus fuerit, deinde addatur Cera in partes confracta, & paulo post adjiciantur adipes, butyrum atque oleum Nardinum, ultimo Styrax calamita, atque Thus, in minutiss. pulverem trita. Melius tamen esset, opt. atque electam Styracem & puram instar resinæ alicuius una cum Cera imponere, nam liquescit in oleo. Sed talis Styrax calamita non crebro ad nos affertur.

Porro miror in hoc unguento, quod tam parum olei tot herbarum libris addatur, propterea etiam optimæ vires aromaticarum herbarum inter coquendum evanescunt.

SEXTARIUS mensura est Romana, quæ capit uncias viginti olei mensurales, pondere verò habet olei uncias sedecim, drachmas quinque, scrupulum unum. Sex autem sextarii olei faciunt in hoc unguento libras octo uncias quatuor.

*Coudenbergus accipit Ceræ libras duodecim,& olei Sextarios sexaginta sex: de qua etiam nimis magna copia videatur, quamvis certum sit ad tantam copiam simplicium sextarios sex Olei minime sufficere. *

Hoc unguentum priori parum dissimile nos quoque (ut alii ferme omnes factitarunt) potuissemus, ut alias plures compositiones, rectè omittere, quandoquidem non in usu habentur, nisi quorundam sciolorum importunitatem vereri coacti essemus, Cordi dispensatorium hoc modo decurtari clamantium.

Ad frigiditatem & dolorem capitis, pectoris, ventriculi; ad scirrhos Epatis, & splenis, ac ilii dolorem; Paralyticos, arthriticos, ischiaticos, nephreticos tumores, duritiem & spasmum confert.

Vnguentum Martiatum parvum Nicolai Alexandrini.

℞ *Folior. Lauri lib. tres.*
Rutæ lib. duas semis.
Amaraci, id est, Majoranæ lib. duas.
Rorismarini lib. unam semis.
Foliorum Myrti veræ,
Esbrii, id est, Ebuli,
Balsamitæ,
Ocimi, an. uncias sex.
Butyri uncias quinque.
Styracis,
Medullæ cervinæ,
Adipis ursi,
Gallinacei, ana unc. quatuor.
Mastiches uncias tres.
Thuris uncias duas semis.
Olei Nardini unciam unam.
Communis,
Ceræ mundiss. ana quantum sufficit.

(Ego Olei acciperem libr. sex. Ceræ vero lib. quatuor.)

Si vero duriusculum sit, detrahe aliquid de Cera. Porro hoc quoque unguentum componas ut proximum.

*Coudenbergus ostendit libras viginti quatuor olei esse accipiendas, si velimus rectè parare, & rationes satis firmas in suis scholiis affert. *

Ad Podagram ex frigida vel calida caussa, Paralysin, Arthritim, Nephritim & Ischiadicum affectum, ac denique ad omnia vitia ac dolores nervorum valet.

Vnguentum album sive de Cerussa, Avicennæ.

℞ *Cerussæ, aqua Rosarum lotæ unc. octodecim.*
Lithargyri albi loti unciam unam semis.
Olei Rosati lib. duas, uncias quatuor.
Ceræ albiss. uncias sex vel circiter,
Albuminum ovorum n°. quatuor.

Liquefiant unà cera & oleum, & injiciantur Cerussa & Lithargyrum bene trita, misceanturq; simul antequam refrigescant, postremo addantur ova.

Quidam aliter componunt, non addentes albumina ovorum; alii omittunt Lithargyrum, quidam non Ceram sed Tragacantham admiscent.

Ad

Ad intertrigines, ſcabiem, aduſtionem, inflammationem & ulcera confert plurimum.

Vnguentum Dialthææ ſimplex Nicolai.

℞ *Rad. Althææ lib. duas.*
Semin. Lini,
Fænigræci, an. lib. unã.
Olei libras quatuor.
Ceræ lib. unam.
Terebinthinæ unc. duas.
Reſinæ uncias ſex.

Radices & ſemina cõtuſa macerentur tribus diebus, in Aquæ lib. octo aut quãtum ſufficit, quarta die deinde coquãtur donec craſſeſcat mucilago, eã exprime. mox recipe Expreſſæ mucilaginis libras duas, & coquatur cũ oleo, & cum aquoſum iſtud in mucilagine cõſumtum fuerit, cera addatur, & fiat unguentum ſecũdum artem.

Plurimi eſt uſus ad emolliendum, moderate calefaciendũ & humectandum. Pectoris vitia ex frigida intemperie lenit, lateris dolori cum butyro vel per ſe illinitur.

Vnguentum Dialthææ compoſitum ſive majus Nicolai.

℞ *Radic. Althææ lib. duas.*
Semin. Lini,
Fænigræci, an. lib. unã.
Scyllæ recentis unc. ſex.
Olei lib. quatuor.
Ceræ libram unam.
Terebinthinæ,
Gummi hederæ,
Galbani, an. unc. duas.
Colophoniæ,
Reſinæ, an. uncias ſex.

Radices & Lini ſemen contuſa macerentur tribus diebus in ſufficienti quantitate aquę, deinde coquantur donec craſſeſcat mucilago, quæ exprimenda eſt, poſtea recipe Mucilaginis expreſſę lib. duas, & addantur reliqua, & fiat ex arte unguentum.

Valet potiſs. ad dolorem pectoris ex frigida intemperie, & pleuritide, ac pectori inunctum ſanat omnia loca refrigerata, calefacit, emollit & humectat.

Vnguentum Anodinum.

℞ *Olei Liliorum alborum uncias ſex.*
Anethini,
Chamæmelini an. uncias duas.
Amygd. dulc. unc. unam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, an. uncias duas.
Ceræ albæ parum. Miſce.

Pro mitigandis corporis quacunque parte doloribus.

Vnguen-

Vnguentum Ægyptiacum Mesuæ.

℞ *Æruginis, id est, viridis æris unc. quinque.*
Mellis opt. unc. quatuordec.
Aceti opt. uncias septem.

Coquantur omnia simul donec fiat unguentum spissum & colore purpureum.

Confert ad vulnera ac ulcera antiqua, carnis excrescentiæ medetur, vehementerque exiccat.

Vnguentum Aureum Mesuæ.

℞ *Ceræ citrinæ uncias sex.*
Olei communis boni lib. duas semis.
Terebinthinæ uncias duas.
Resinæ,
Colophoniæ, ana unciam unam semis.
Thuris,
Mastiches, an. unc. unam.
Croci drach. unam.

Oleum & Cera primum ad ignem lentum liquentur, deinde addatur Terebinthina & parũ ferveant: mox ubi calor fuerit remissior, reliqua in tenuiss. pulverem redacta & cribro excreta injiciantur: postremo crocum rudicula crebro agitando admiscebimus.

Vulnera salubriter glutinat ac sanat, præsertim in corporibus mollioribus.

Vnguentum Citrium vulgo Citrinum Nicolai.

℞ *Boracis unciam unam, alii drachmas duas.*
Camphoræ drach. unam.
Corallii albi unciam dimidiam.
Amenti sive Amianthi, id est, aluminis plumosi unciam unam.
Umbilici marini,
Tragacanthæ albiss.
Amyli,
Crystalli,
Enthalii,
Dentalii,
Thuris albiss.
Nitri vel salis gemmei, ana drach. tres.
Marmoris albi vel Alabastri veri drach. duas.
Gersæ sive Cerussæ serpentariæ, de qua infra in præpar. unc. unam.
Cerussæ vulgaris drach. sex, alii uncias sex.
Adipis recentis suilli candidiss. non saliti, præparati & mundati libr. unam semis.
Sevi caprini præparati unc. unam semis.
Adipis Gallinacei præparati unciam unam.

Conficiatur sic. Adipem porci-

num atque Gallinaceum in vitreato vase simul liquemus, & imponamus tepidis adhuc corticum Citrii mali satis magnam quãtitatem, & macerentur per mensem unum.

Postea eximantur cortices & eliquatis adipibus, ut dictũ est, addatur sevum caprinum, deinde reliqua tenuiss. trita, ultimò vero inspergatur Camphora subtilissime trita.

*Romæ & alibi componunt hoc modo. Liquefiant adipes in vase duplici & colentur, percolatis sensim injiciantur præscripti pulveres, præter Chrysocollam & Camphoram, & rudicula subigantur, mox in citria mala excavata immittantur & ad ignem leviter coquantur, & ubi fervere cœperint, in idem vas rursum reponantur. dum vero calor jam remitti cœperit, inspergantur quoque Chrysocolla & Camphora tenuiss. trita, & ubi in unguentum concreverint, recondantur. *

Notandum in hoc unguento non convenire exemplaria, in ponderum characteribus. Nam quidam uncias pro drachmis ponunt. De quo consulatur Augustanum quoque Antidotarium.

Borax est factitia Chrysocolla, qua aurum ferruminant Aurifabri.

Itali assumunt potius Chrysocollam sive Boracem fossilem, non factitium.

**Amentum. Major pars sumit alumen plumosum. Alii volunt potius accipi debere Gypsum coctum, quod tam diu coquatur, donec albescat.* *

Umbilici marini, lapilli sunt inventi in littore maris, figura fabarum magnarum, germanicè Meerbonen. *Alii in Italia conchulas dictas Porcelletas accipiunt.*

Entalium testaceum est marinum, fistulæ modo lõgum & concavum, foris striatum longitudine digiti. Purpuras in Italia pro illis sumunt.

Dentalium conchula marina est, parva, dentatam rimam habens. Ad Buccina referendum.

Faciei maculas emẽdat, scabiem in quacunque corporis parte exterit, cicatrices extenuat, rubedinem oculorum aufert, & asperitates lenit. Cicatrices emendat, & ustiones ex insolatu factas aufert.

Vnguentum Populeon Nicolai.

℞ *Oculorum populi arboris recentiss. lib. unam semis.*
Adipis porcini præparati libras duas.

Gemmæ sive oculi arboris populi contundantur & macerentur in adipe, donec sequentes herbæ colligi queant.

℞ *Folior. Papaver. agrestis,*
Mandragoræ,
Cimarum Rubi tenerr.
Hyoscyami,
Solani,
Lactucæ,
Herbæ Vermicularis, id est,
Sempervivi minoris,
majoris,
Violariæ,
Scatuncelli, id est, umbilici Veneris, vel Cymbalariæ,
Radic. Bardanæ, id est,
Lappæ majoris, ana
uncias tres.

Herbæ contundantur & misceantur cum gemmis sive ocu-

ve oculis populi & adipe, ac dimittātur per dies decem, deinde coquantur supra ignem lentum in vini odorati sufficienti quantitate, donec vinum consumatur, postea colentur & exprimantur, ac expressum unguentum reponatur.

Mandragoræ folia, quamvis jam in quorundam hortis reperiantur, tamen passim haberi nequeunt, ideo duplex pondus foliorum Hyoscyami assumendum. Præstaret tamen Mandragoræ folia esse in promtu.

VERMICVLARIS *vera est Sempervivum minus, linguam non mordicans.*

Coudenbergus Adipis porcini accipit libras tres.

* Recte monent docti quidam Medici, hoc unguento utendum, antequam rancidum fiat, alioqui sæpenumero contrarios effectus habet. Quare nonnulli addunt adhuc nonnunquam aliquot manipulos Solani, quod tamen sine consilio Medicorum non facile tentandum. *

Vtile est in febribus ardentibus, si illo inungantur tempora, arteriæ, & volæ manuum ac pedum, quando vigiliæ sunt molestæ, una cum oleo Rosaceo & Violato. Prodest etiam in aliis inflammationibus suo tempore adhibitum.

Vnguentum Fuscum Nicolai.

℞ *Olei libram unam semis.*
Ceræ novæ unc. quatuor.
Colophoniæ,
Picis navalis,
Sagapeni, an. uncias duas.
Mastiches,
Galbani,
Thuris,
Terebinthinæ, ana unc. unam.

Fiat secūdum artem unguentum.

Vulnera extergit & inter Sarcotica refertur, carnem creat, putridamque consumit. A nonnullis quoque nigrum appellatur.

Vnguentum Diapompholygos Nicolai Alexandrini: vulgo de Tutia.

℞ *Olei Rosacei,*
Ceræ albæ, an, uncias sex.
Succi fructus uvæ Lupinæ, id est, Solani sativi,
Cerussæ, an. uncias duas.
Plumbi usti ac loti,
Pompholygis,
Thuris puriss. ana unciam unam.

Componatur unguentum secundum artem.

* Parum differt ab eo quod Galenus quoque exponit. Est & alterum Ioann. Vigonis, quod paucis immutatis Florentini crebro habent in usu, ut ex eorum Antidotario apparet. Romani vero in hoc nostro unguento succi Solani habent uncias sex; Cerussæ & Ceræ ana uncias quatuor; plumbi usti, Tutię ana uncias duas, Thuris unciam unam.

Ad exiccanda Erysipelata, & vulnera sordida, itemque ad sananda tibiarum ulcera aliorumque locorum cava vel inæqualia replenda utile, refrigerat & cicatricem inducit.

Vnguentum Comitissæ Guilielmi de Varignana.

℞ *Corticum mediorum Castanearum,*

Glandium,
Quercus arboris,
Baccarum Myrti maturarum,
Caudæ Equinæ sive Equiseti,
Gallarum,
Corticum fabarum ipsarum, omissis siliquis sive thecis,
Acinorum ex uvis,
Sorborum immaturorum siccorum,
Mespilorum immaturorum siccorum,
Foliorum pruni sylvestris,
Radicum Chelidoniæ vel potius Bistortæ, alii Tormentillæ, ana unciam unam semis.

Contundantur aliquantulum & coquantur in Aquę plantaginis lib. octo, aut quantum sufficit, donec media pars consumta fuerit. deinde in colatura laventur sequentia novē vicibus, semper aquam recentem decoctionis affundendo, quotiescunque laveris. deinde

℞ *Ceræ novæ uncias octo semis.*
Olei Myrtillorum,
Mastichini, ana libram unam semis.

Postea inspergantur sequentes pulveres tenuissimi:

℞ *Corticum mediorum Castanearum,*
Glandium,
Quercus arboris,
Gallarum, an. unc. unam.
Cineris ossium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Labruscæ sive immaturæ uvæ,
Sorborum siccorum, ana unciam dimidiam,
Trochiscorum de Charabe sive de succino unc. duas.

Fiat omnium pulvis tenuiss. qui misceatur ceræ & oleo myrtino loto & oleo Mastichino non loto, & conficiatur unguentum.

* Antidotarium Augustanum addit Calices glandium, & folia capparum, quæ ut rectè adhiberi possunt, sic in aliorum libris non reperiuntur.

Describitur à Varignana lib. 16. cap. 4. ac nomen accepit à quadam Comitissa Vandrensi, quæ sæpius feliciter contra abortum illo est usa. *

Vltra id quod abortum prohibet, hæmorrhoides sistit, menses retinet, & renum laxitati medetur.

Vnguentum de Cyclamino sive de Artanita majus Mesuæ.

℞ *Succi Artanitæ sive Cyclamini libras tres.*
Cucumeris asinini libr. unam.
Olei irini libras duas.
Butyri vaccini libr. unam.
Pulpæ Colocynthidis uncias tres.
Polypodii uncias sex.

Euphorbii unc. mediam.

Arida omnia contundantur & macerētur in ſuccis dies octo, affuſo etiam oleo in vaſe vitreo diligenter obturato: nona deinde die coquātur lento igne aliquandiu, poſtea colentur, Colaturæ addantur

Sagapeni aurei in aceto diſſoluti quinque ſive drachmæ ſex & ſcrup. duo.

Myrrhæ Aurei duo ſive ſcrupul. octo.

Coquantur iterum ad ſuccorum cōſumtionem, & poſtea addantur

Ceræ unciæ quinque.

Fellis Taurini aurei quinque ſive drach. ſex & ſcrup. duo.

Ferveant ſimul, dum cera liquata ſit, poſtremò inſpergantur pulveres ſequentes tenuiſſimi:

℞ *Scammonii,*

Aloës,

Mezerei,

Colocynthidos,

Turpeti, ana aureos quinque ſive drach. ſex, ſcrupulos duos.

Salis gemmei aureos tres ſive drach. quatuor.

Piperis longi,

Zingiberis.

Euphorbii,

Chamæmeli, ana aureos duos ſive ſcrupul. octo.

Fiat unguentum ſecundum artem.

Omnia fere exemplaria habent usque ad Colocynthidis ana Aureos quinque: manuſcriptus Meſuę habet aureum unum, quod magis probatur, ſed textu immutato.

Artanita eſt Cyclamen ſive Cyclaminus, quidam vocant Panem porcinum. Si radices eius non aſſint recentes, tunc accipe ſiccatas, circa libras ſex. Contundantur & coquantur in aqua, & eliciatur ſuccus, ut fit cum Glycyrhiza.

Illitum ventriculo, vomitu purgat, hypogaſtrio autem inunctum alvum dejicit, ob id hydropicos juvat feroſum excrementum evacuando, vermes quoque necat & educit, adhibetur illis qui Medicamentum purgans per os ſumere nequeunt.

Vnguentum de Cyclamino ſive de Artanita minus Meſuæ.

℞ *Succi Artanitæ ſive Cyclamini:*

Mucilaginis extractæ è radicibus filicis,

Succi Cathengit, id eſt, Ebuli, an. unc. novem.

Succi extremitatum Tamariſci uncias duas.

Oeſypi humidæ unc. quinque.

Olei irini libras duas.

Bdellii,

Ammoniaci, ana unciam unam & dimidiam.

Aceti quantum ſatis eſt ad Ammoniacū diſſolvēdū.

Ceræ Citrinæ uncias ſex.

Corticum rad. Capparum unciam unam ſemis.
Spicæ drachmas tres.

Conficiatur unguentum ſecundum artem.

* Romani & alii in Italia accipiunt Oeſypi drachmas quinque, & Spicæ unciam ſemis. *

Splenis tumores etiam ſcirrhoſos diſſolvit, ſicuti quoque ſtrumas.

Vnguentum potabile.

℞ *Butyri recentis non ſaliti lib. tres.*
Rubeæ tinctorum,
Caſtorii,
Spermatis Ceti recentis,
Rad. Tormentillæ, ana unciam unam.

Bulliant ſimul in vino odorifero, ad eius cõſumtionem, ac fiat unguentem ſecundum artem.

Datur illis qui ex alto ceciderunt, quorum vulnera interna glutinat, eſtque in frequenti uſu apud nautas in oris ſeptentrionalibus. Sumitur ab uncia dimidia ad integram.

Vnguentum Roſatum Meſuæ.

℞ *Axungiæ porcinæ recentis non ſalitæ quantum volueris,*

Et lavetur in aqua calida novies, & toties cum frigida: deinde teratur cum ea roſarum rubearum ęqualis portio, ac marceſcant cum ea dies ſeptem: poſtea coquãtur cum facilitate ac percolentur, rurſum tantundem roſarum rubearum teratur, & dies quoque ſeptem cum ea marceſcant, fundatur ut prius & coletur, atque adjiciatur ſucci roſarum pars dimidia, olei Amygdalorũ dulcium pars ſexta, & rurſum coquãtur leniter, dum ſucci evaneſcant. Quod ſi parum Opii in aqua roſarum colliquatum inter decoquendum adjiciatur, fit efficacius.

* Plurimi autores, qui de compoſitione Medicamentorum ſcripſerunt, addiderunt definita pondera, nimirum Axungię libras duas, & totidem roſarum, poſtea ſucci roſarum unciam unam, & Olei Amygdalini uncias quatuor. Alii tantum dimidium ſumunt, ne ſcilicet nimium fiat ob antiquitatem rancidum.

Doctiſs. Coſtæus in ſuis Commentariis ad Meſuem tradit pharmacopœos Venetos diligentiſs. parare, odorem & candorem illi ſummo ſtudio conciliãtes. Quod ſi majorem refrigerandi vim illi velimus tribuere,

Axungiæ ſæpius aqua calida ablutę, aut etiam in ea multum coctę, quo innato odore priventur, roſaceam frigidam fontanæ aquæ loco affundemus. deinde nova quotidie affuſa aqua continenter per dies plures ſpatha lignea agitabitur, interdum etiam coquetur. Roſæ

poſtea

postea effusa aqua adhuc immaturæ ex calice, cum hiare tantũ cœperint, sumtę, quin & aliarum rosarum ungues marmoreo & candido mortario velocissime contusi (ubi enim mora trahitur, nigrescunt) axungiæ commiscendi cum rosis. Tum post dies septem aut plures hæc axungiæ & rosarum materies in vitreo vase posita liquanda est, ac per colum setaceum transfusa, novæ rosæ ac ungues eodem modo cõtusæ injiciendæ. Octavo die rursum liquata & percolata eadem materia, pro rosis affundendus rosarum ac unguium pari diligentia delectorum & celeriter contusorum expressus succus, addendumque deinceps oleum Amygdalinum, quod ex instrata rosa Amygdalis, ut alibi docetur, sit extractum, commiscendaque omnia & in duplici vase ad succi absumtionem coquenda.

Hoc modo paratum & validius refrigerabit, & admodum odoratum erit.

Paratur eadem ratione unguentum quoque Violatum, pleuritidi inprimis utile.

Vsitatiss. hoc unguentum ad phlegmonas, Erysipelata, ulcera serpentina, & Cephalalgiam calidam. Mitigat quoque ventriculi & Epatis calidam intemperiem. Renum ardoribus & hæmorrhoidũ inflammationi convenit.

Vnguentum Pectorale.

℞ *Mucilag. seminis Psylii,*
Tragacanthæ,
Sem. Lini,
Fœnugræci,
Gummi Arabici, ana unciam unam.
Adipis Gallinæ,
Medullæ vituli,
Butyri recentis loti cum aqua Violarum, ana unciam unam semis.
Olei Violati,
Amygd. dulcium, ana unciam unam.
Ceræ albæ quantũ satis fuerit.
Conficiatur unguentum.

Sunt in diversis Antidotariis variæ huius unguenti compositiones, inter quas Augustanum quoque commendatur.

Mitigat dolores pectoris & tussim, digerit, maturat ac sputum elicit, ac pleuritidi confert.

Vnguentum album Camphoratum.

℞ *Olei Rosati lib. unam.*
Ceræ albæ uncias tres.
Cerussæ unc. duodecim.
Albuminis ovorum n°. sex.
Camphoræ dissolutæ in aqua rosacea secundum artem drach. duas.
Fiat unguentum.

Refrigerat & exiccat nonnihil, in inflammatione, Erysipelate & ambustis prodest.

Vnguen-

Vnguentum rubrum sive de Minio Camphoratum.

℞ *Olei rosati lib.unam & semis.*
Lithargyri uncias duas.
Minii uncias tres.
Cerussæ unciam unam semis.
Tutiæ,
Camphoræ,an.drach.tres.
Ceræ uncias duas in æstate, in hyeme vero unciam unam.

Fit unguentum in pila plumbea cum pistillo plumbeo.

Vlceribus virgæ, aliisque inflammationibus ac ulceribus exedentibus convenit.

APPENDIX.

Vnguentum Alabastrinum.

℞ *Olei Ros. Omphac. libram unam.*
Vini albi generosi libram dimidiam.
Florum Chamæmeli recent. uncias duas.
Rutæ recent.drach.sex.
Summitatum rubi drach.tres.
Sem.Fœniculi pulverisati unciam unam.

Coquantur simul ad consumtionem Vini lento igne, coletur, & addatur Ceræ albæ quantum satis est.

Pulver. lapid. alabastri puriss. & præparat. uncias tres.
Albuminum ovorum n°. tria.
Aquæ Rosarum unciam dimidiam.

Misceantur omnia secundum artem & fiat unguentum.

Hoc unguentum diu in nostris officinis fuit in usu, ad sedandos dolores, & discutiendam materiam inprimis flatulentam: Augustæ & alibi sequens est usitatum, quod describit Benedictus Faventinus in sua Empirica Medicatione cap. 1. de dolore capitis.

Vnguentum Alabastrinum Faventini.

℞ *Succi Chamæmeli recent. uncias quatuor.*
Succi Rosarum recent. uncias duas.
Succi Rutæ recent.
Betonicæ, an. unciam unam semis.
Succi rad. Althææ unc. duas.
Olei Rosati omphacini libr. unam semis.
Alabastri opt. & puriss. unc. tres.

Pulverisentur subtiliter, & per diem naturalem infundantur in oleo omphacino, deinde cum cera alba opt. quantum sufficit, ex omnibus fiat unguentum.

Prodest in omni dolore capitis, sive per essentiam, sive per consensum assit febris vel non, ac in omni tempore paroxysmi possumus uti, excepto principio.

Vnguentum Ebulinum.

℞ *Granorum Ebuli maturorum & nigrorum libr. dimidiam: alii, Succi foliorum Ebuli lib. unam.*
Herbar. Ebuli,
Ivæ arthreticæ,
Moscatæ,
Rorismar. ana manip. unum semis.
Lumbricorum terrestrium cum vino rubro lotorum & suffocatorum libram dimidiam.
Terebinthinæ cum aqua Salviæ lotæ unc. quatuor.
Radic. Althææ virid. libram dimidiam.
Vini rubri libr. unam.
Olei libram unam semis,
Cum Cera quantum sufficit.

Fiat unguentum secundum artem.

Discutit & resolvit tumores duriores, potiss. ex materia frigida ortos, ac simul dolores lenit.

Vnguentũ ex succis Iulii Cæsaris Arantii.

℞ *Olei Rosati opt. libram unam.*
Ceræ albæ novæ uncias octo.
Folior. Plantaginis,
Lapatii,
Solani,
Centaurii minor. ana manipulos duos.

Herbę pridiè cœlo sereno, orto jã sole, æstate aut Autumno ipso ineunte collectæ, bulliant donec probè coctę fuerint, postea colentur, torculari exprimantur, Expressum verò abjectis herbis denuo moderatè ferveat unà cum oleo, in quo Cera lento igne liquescat, donec omnis aquea absumatur humiditas, & solidã unguenti formã acquisierit, quo fere jam refrigerato adde Camphoræ pulverisatę unc. sem.

Vnguentum ex Tabaco sive Peto simplex.

℞ *Fol. Peti bene contusorum lib. unam semis.*
Olei veteris,
Resinæ Colophoniæ aut vulgaris,
Ceræ novæ, ana unc. tres.

Omnia succo excepto ad ignẽ lentum in vase ęneo liquentur, postea addatur succus vel herba contusa, & coquantur paulatim per quinque horas, semper agitãdo. tandem adjiciantur Terebinthinæ Cypriæ unc. tres, & rursum per tres quadran-

tes horæ unius bulliant, iterum miscendo, tandem exprimantur ac fiat unguentum.

De hac planta exotica, admodum vulneraria, ante viginti annos incognita, ubique jam apud nos usitata, legatur Nicolai Monardis liber de plantis & aromatibus Indicis, à Cl. V. D. Carolo Clusio in latinam linguam cum utiliss. Commentariis conversus.

Vtimur autem hoc unguento ad scabiem, & præsertim tineam capitis, & ad ulcera & vulnera tam recentia quam antiqua, ad inflammationes & furunculos, adusta quoque & morphæam. Aliqui ad tela ac globolos extrahendos quoque usurpant.

Vnguentum de Tabaco sive Peto compositum.

℞ *Fol. Peti libras duas.*
Pingued. porci recent. vel diligenter lotæ lib. unam.

Herba maceretur per noctem in vino rubro. Mane bulliat igne lento cum pinguedine ad vini consumtionem, & coletur exprimendo, colato addantur

Succi peti libra media.
Resinæ abiegnæ unc. quatuor.

Coquantur ad succi consumtionẽ, circa finem addendo

Rad. aristolochiæ rotũdæ pulverisatæ uncias duas.
Ceræ novæ quantum sufficit.

Fiat unguentum.

Si malis Ceratum, augeatur pondus Ceræ.

Aliqui etiam, qui volunt magis exiccare & consolidare, addunt Mumiæ & Succini ana drachmas tres.

Validius est, in ulceribus & vulneribus præsertim, quam prius. Hoc habet Laurentius Iubertus Vir Doctiss. in sua pharmacopœa, vocatq; unguentum Nicotianum, atque ad scrophulas ait esse admirandum.

Vnguentum contra Scabiem.

℞ *Terebinthinæ lotæ cum aqua Rosar. uncias duas.*
Vitell. ovorum duo.
Cerussæ lotæ lib. dimidiam.
Sulphuris vivi vel sublimati drach. duas.
Camphoræ drach. unam.
Succi citrii pomi uncias duas.

Misceantur, f. linimentum.

Florentini pro Cerussa & Sulphure, accipiunt Helleborum nigrum, Salem, Butyrum & Styracem, quod lenius est.

ALIVD PRO PVERIS.

℞ *Terebinthinæ bene lotæ uncias quatuor.*
Butyri loti uncias duas.
Salis unciam unam.
Succi citrangulorum unciam unam semis.
Vitellos ovorum n°. tres.
Olei Rosati unciam unam.

Misceantur omnia simul & fiat unguentum.

Vnguentum Stomachicum.

℞ *Olei Absynthini,*
Mastichini,
Nardini, an. unc. unam.
Rosarum rubearum,
Corall. rubeorum,
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Mastiches,
Menthæ,
Schœnanthi, an. drach. unam.
Ceræ quantum satis est.

Fiat unguentum secundum artem.

Vnguentum Pectorale.

℞ *Olei Amygdal. dulcium uncias quatuor.*
Chamæmelini,
Violati,
Liliorum alborum, ana uncias tres.
Butyri non saliti recentis, uncias sex.
Adipis Gallinæ,
Anatis, ana uncias duas.
Rad. Iridis drach. duas.
Croci drach. dimidiam.
Ceræ albæ uncias tres.

Liquefiant Ceræ & pinguedines in oleis, postea laventur aliquoties cum aqua Capilli Veneris, & postea addatur Iris & Crocus bene pulverisata.

Vnguentum contra Vermes.

℞ *Succi de Absynthio,*
Abrotano,
Centaur. minore,
Radicis Aristoloch. rotundæ,
Persicaria,
Foliis arb. Persici,
de foliis Lupini, ana drach. unam semis.
Succi Rad. Ebuli,
Corticum mali punici, an. drach. duas.
Succi Porri uncias duas.
Nasturtii aquatici libram unam.
Olei Absynthii lib. unam & dimidiam.
Ceræ quantum sufficit.

Fiat unguentum secundum artem.

Alii addunt Fel Taurinum & Aloën, ubi præsertim validiora requiruntur.

Habet autem hanc descriptionem Antidotarium Florentinum, in qua urbe creberrime hoc unguentum ad vermes usurpatur.

Vnguentum ad Hæmorrhoidas.

℞ *Amyli albiss.*
Cerussæ lotæ,

Lithargyri præparati,
Plumbi usti,
Tragacanthæ, an. drachmam unam & dimidiam.
Opii Thebaici,
Camphoræ, ana scrupulum unum.
Albuminis ovi unius,
Olei Rosacei,
Violacei, ana unc. unam & dimidiam.
Ceræ quantum sufficit.

Fiat unguentum.

Hoc ad dolentes hæmorrhoides & mariscas utiliter admodum adhibetur.

Aliud magis exiccans habetur in pharmacopœia Augustana, quod & ipsum commendatur.

Vnguentum ex Lithargyro compositum.

℞ *Lithargyri aurei uncias tres.*
Mumiæ unc. unam semis.

Fiat pulvis subtiliss. & cum oleo rosaceo misceatur ad modum unguenti, deinde agitetur in mortario plumbeo, & post diligentem mistionem addatur aceti Rosacei parum, agitando semper usq; dum solidum fiat, ac tum iterum parum olei rosacei addatur agitando per duas usque horas dũ acquirat aliquid dulcedinis.

Refrigerat, ac cum pulveribus convenientibus in ulceribus malignis utile. Exiccat & consolidat & bonam carnem generat.

OLEA.

Oleum ex ligno Iuniperi.

Fictile vas in foveam ponatur, & supra illud aliud fictile, angusti oris inversum, recentibus Iuniperi lignis minutimque incisis plenum, cui subducatur lamina ferrea foraminibus pervia, ut destillet liquor, & ne ligni segmenta delabantur. bene autem aptentur, & luto sapientiæ circumlinantur fictilium orificia, ne quicquam exspiret. Postea inferius fictile usque ad collum superioris obruatur terra, & facto pavimento ignis circa & supra fictile superius accendatur, atque ardere sinatur aliquot horas. Postremo

mo liquorem qui destillavit auferto.

Cuius usus est in purgandis sordidis ulceribus.

Emendat cutis infectiones, serpiginem, cancrum, ulcera maligna, præsertim in cruribus quorundam.

Oleum ex Iuniperi Baccis.

Oleum è Iuniperi baccis elicitur per artem destillandi, ut vinum sublimatum.

Quia vero minoris emitur, quam ut ab aliquo pharmacopœo præparari queat, eius præparationem hic non indicabimus.

Oleum Nardinum simplex Mesuæ.

℞ *Olei Sesamini vel olivarum dulcis & loti lib. unam semis.*

Spicæ Nardi unc. tres.

Aquæ claræ,

Vini albi odorati, an. uncias duas & semis.

Coquantur in duplici vase donec vinum & aqua in vaporem resolvantur, coletur deinde oleum & colatum reponatur, abjecta Nardi spica.

Vas duplex, Græcis Diploma, constat duobus Crateribus altero alteri imposito, ita ut in unum aromata & oleum injiciantur, in alterum vero aqua fundatur, quæ prunis subjectis calefacta, suo tepore unguenta & olea decoquit. Est autem hoc notandum in omnibus aromaticis oleis, quæ decoquuntur.

Calefacit, tenuat, digerit, ac modice astringit, proinde affectus omnes frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi, Epatis, lienis, renum, vesicæ, uteri magnopere juvat, naribus injectum caput purgat, corporis colorem & odorem commendat.

Oleum Nardinum compositum Mesuæ.

℞ *Spicæ Indicæ uncias tres.*

Sampsuchi vel Majoranæ uncias duas.

Xyloaloës,

Enulæ sive Helenii,

Folii Indi, aut Macis,

Calami Aromatici,

Foliorum Lauri,

Cyperi,

Schœnanthi,

Cardamomi, ana unciam unam semis.

Contundantur omnia mediocriter, & affundantur illis

Aquæ fontanæ,

Vini odorati, ana quantum sufficit, id est, circiter utriusq; uncias quatuordecim.

Olei Sesamini, vel communis loti libras sex.

Macerentur per noctem, deinde coquantur in diplomate, id est, vase duplici, secundum artem.

Ad priora omnia adhuc efficacius agit.

Oleum Costinum Mesuæ.

℞ *Costi opt. & veri uncias duas.*
Cassiæ aut Cinamo. opt. unciam unam.
Summitatum Sampsuchi sive Majoranæ unc. octo, alii duas, vel tres, pro ratione Majoranæ additæ.
Vini quantum sufficit.
Olei Sesamini vel communis loti lib. tres.

Maceretur duabus noctibus, deinde coquantur in duplici vase ut artis est.

Calefacit, obstructa aperit, nervosum genus roborat, ut nervos, musculos, tendines, ligamenta: itemque ventriculum. Præter hæc, Epar roborat, & corporis colorem ac odorem commendat.

Oleum de Piperibus Mesuæ.

℞ *Piperis longi,*
nigri,
albi, ana uncias tres, vel potius drac. tres.
Myrobal. Chebulorum.
Belliricorum,
Emblicorum,
Indorum, ana drach. quinq.
Rad. Apii,
Fœniculi, ana drachm. tres semis.
Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniaci, ana drachmas duas semis.
Turpeti albi drach. duas.
Zingiberis drach. tres.
Surculorum Hyssopi vel Thymi,
Rutæ viridis, ana manipulum unum.

Coquantur secundum artem in aquæ quantitate sufficienti ad tertias, Colaturæ addantur olei de Cherva libræ duæ, & iterum coquantur ad cōsumtionem aquæ.

Cerebri & nervorum frigidos affectus, ut Paralysin, spasmum Cynicum, tremorem, epilepsiam depellit: ad hæc ischiadi & articulorum doloribus medetur, nec non uteri, coli, renum ac vesicæ affectibus frigidis. calefacit enim, tenuat, terget, atque ob id obstructiones aperit, & calculum frangit, ac menses promovet.

* Manardus & Costæus tradunt in calculo & similibus etiam ad bibendum fuisse à Mesue exhibitum, sed qui hoc modo uti velit, ut idem Costæus monet, pro oleo Cicino sive de Cherva assumat oleum Amygdal. amarorum. *

Oleum Mandragoræ Nicolai.

℞ *Olei communis lib. duas.*
Succi pomorum Mandragoræ uncias quatuor.
Hyoscyami albi uncias duas.
Capitum Papaver. nigri uncias tres.
Violarum,
Cicutæ tenerrimæ, an. unciam unam.

Opii,

Opii,
Styracis Calamitæ, ana unciam dimidiam.

Succi cum oleo decem diebus ad solem macerentur, deinde coquātur secundum artem ad aquæ consumtionem.

NON habentur apud nos Mandragoræ poma, ergo loco succi mandragoræ pomorum accipiatur infra scripta decoctio: ℞. Radicum mandragoræ, id est, Corticum libram unam, contundantur & coquantur in aqua sufficienti & colatum decoctum succis addatur.

Opium sincerum in oleo dissolvi non potest, quare tenuissime tritum inspergatur oleo & sæpe misceatur, nam si in aqua aut vino dissolvatur, non commiscebitur oleo.

Nicolaus Alexādrinus paulo aliter hoc oleum describit, ut Latini impressi codices ostendunt, sed facile possumus alterutra descriptione esse contenti.

*In officinis Italię simplex potius oleum Mandragoræ in usu est, quod recipit succi pomorum maturorum Mandragoræ, Olei Sesamini vel olivarum dulcis. ana partes æquales. Decoquuntur in duplici vase ad consumtionem succi, & colantur. idem repetitur secundo & tertio, demum excolatum reconditur. *

Ad nimios dolores capitis usurpatur, phreneticis & vigilantibus nimium fronti illitū, & naribus injectum opitulatur, pulsibus brachiorum & plantis pedum admotum vigiliis fatigatum obdormiscere facit.

Oleum Mastichinum Mesuæ.

℞ *Olei Rosacei completi, alii Omphacini libr. unam.*
Vini odoriferi unc. quatuor, alii octo.
Masticbes uncias tres.

Decoquantur in duplici vase ad lentum ignem, donec vinum fuerit absumtum.

Mediocriter calefacit, cerebrum, nervos, articulos, ventriculum, Epar, & alias partes roborat, tumores duros lenit ac dolores sedat.

Oleum de Euphorbio Mesuæ.

℞ *Euphorbii unciam dimidiam.*
Olei Cheyrini unc. quinque.
Vini odoriferi tantumdem.

Coquātur ex arte ad vini consumtionem.

Iuvat potiss. frigidos cerebri & nervorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum, naribus immissum, sed non sine cautione. Alopecias & similes affectus curat. In coxæ inveterato malo & profundis doloribus articulorum non contemnendum remedium. At non nisi vehementer frigidis viciis adhibendum. Vide Galenum lib. 2. de Compos. med. secundum loca.

Oleum de Castorio Iacobi de Manliis.

℞ *Castorii,*
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Cassiæ ligneæ veræ,
Croci,
Opopanacis,
Carpobalsami vel eius succedanei,
Spicæ Nardi Indicæ,

Costi, an. drach. duas.
Cyperi,
Schœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri, ana drachm. duas semis.
Olei libras tres.
Vini odoriferi lib. duas.

Conficiatur sic. Galbanum & Opopanax in vino seorsim dissolvantur, deinde reliqua omnia contusa cum oleo & vini libris duabus coquantur ad consumtionem vini in duplici vase, postea colentur, ac dissolutum expressumque Galbanum cum Opopanace oleo affundatur, & iterum coquantur ad vini cõsumtionem, & reponantur sæpius miscendo in posterum, ut Galbanum & Opopanax in vasis fundo subsidens oleo commisceatur.

* In Italia simplex potius in usu est confectum ex olei antiquissimi libra una, Castorii boni uncia una, quæ insolantur in vase vitreo bene obturato tempore æstivo diebus quadraginta, vel additis unciis quatuor vini generosi decoquuntur in duplici vase ad vini consumtionem.

In morbis frigidis, præsertim nervorum & articulorum, optimum est. Medetur Paralysi, spasmo, tetano. Sedat rigores & frigora febrium, si spinæ dorsi illinatur.

Oleum Scorpionum simplex Mesuæ.

℞ *Scorpiones n°. triginta.*
Olei Amygdal. amarorum libras duas.

Macerentur in vase vitreo stricti orificii per dies triginta caniculares ad solem, vel aliàs in æstate calidiss. diebus, postea colatum reponatur.

Renum & vesicæ lapidẽ dissipat, lumbis, pubi & perinæo illitum. Manardus etiam commendat in contagione pestilentiæ, & in illis qui venena biberunt.

Oleum Scorpionum compositum Mesuæ.

℞ *Radic. Aristolochiæ rotundæ veræ,*
Gentianæ,
Cyperi,
Cort. rad. Capparis, ana unciam unam.
Olei Amygd. amarorum libr. unam semis.

Macerentur in oleo contusæ radices ad solem fervidum diebus viginti, deinde coquantur aliquantulum in duplici vase injectis ad ultimum Scorpionibus quindecim vel viginti pro eorum magnitudine. postea iterum

iterum ſerenis diebus triginta ad ſolem macerentur, poſtremo excolatum oleum reponatur.

Validius eſt priore, ac potiſs. in peſte ac venenis commendatur.

Oleum Formicarum Nicolai.

℞ *Formicarum alatarũ quantum ſatis fuerit.*
Olei quantum ſufficit.

Macerentur æſtate ad ſolem diebus XL. poſtea excolatum oleum reponatur.

Vtuntur unguendo partes generationi deſtinatas ad venerem excitandam.

Oleum Lumbricorum Terreſtrium.

℞ *Lumbricorum terreſtrium libram dimidiam.*
Olei olivarum lib. duas.
Vini uncias duas.

Bulliant omnia ſimul & fiat oleum, deinde percoletur & reſervetur.

* Romæ & alibi in Italia ſumunt Olei dulcis libras duas, Lumbricorum terreſtrium ex vino albo odorato lotorum, ac eiuſdem vini ana libram dimidiam, ac decoquunt in duplici vaſe vitreo, donec vinum abſumatur. *

Huius fotu nervi roborantur, & utile eſt in doloribus articulorum.

Oleum Vulpinum Meſuæ.

℞ *Vulpem* boni habitus, adultam non juvenem, venatu captam tempore potiſs. vindemiæ, & repente mactatã, detracta pelle & abjectis interaneis, incidatur in partes & coquatur in

Aquæ fontanæ ac marinæ ana libra una ſemis vel quantum ſufficit.
Olei veteris clari lib. tribus & unciis novem.
Salis unciis tribus.

Inter coquendum adjiciatur

Anethi,
Thymi, ana libra una boni ponderis.

Coquantur autem quo usque ab oſſibus recedat caro, & aqua abſumatur, deinde coletur oleum & percolatum ad uſum ſervetur.

* In præcipuis Italicis officinis accipiunt Olei uncias quadraginta quinque (nam tot apud Meſuem volunt ſextariis duobus cum dimidio contineri) Aquæ fontanæ claræ, Aquæ Marinæ, an. ſextarios duos, id eſt, libras tres, Salis uncias tres. Decoquantur in Ahena ad lentum ignem, donec utraque aqua prorſus abſumta ſit, deinde confractis oſsibus vulpis, & mutato vaſe addantur Aquæ dulcis decoctionis Anethi & Hyſſopi vel Thymi libræ duæ; Anethi & Hyſſopi an. libra una. Percoquantur ad huius ultimæ aquæ conſumtionem. poſt vehementer exprimantur, coletur, & uſui ſervetur. Alii loco Anethi addunt Chamæpytin nervis & articulis utilem. *

Vulpem ait Aegyneta totam ſive vivam ſive mortuam decoctam (diſcuſſorium oleum) efficere.

Podagricis hoc oleum prodeſt, & arthriticis ac dorſi renumque doloribus plurimum confert. Valide diſcutit & digerit, quare nervorum frigidis affectibus ſuccurrit.

Oleum de Capparibus.

℞ *Cort. radicum Capparum unciam unam.*
Cort. Tamarisci,
Foliorum eiusdem,
Semin. Viticis,
Scolopendriæ, id est, Aspleni,
Rad. Cyperi, an. drach. duas.
Rutæ drachmam unam.
Aceti,
Vini opt. an. unc. duas.
Olei maturi lib. unam.

Trita crassiuscule in duplici vase coquantur ad vini & aceti consumtionem.

Lienis obstructionibus, doloribus, ac tumoribus duris scirrhosisq́ue plurimum adhibetur.

Oleum de Lateribus Mesuæ, sive Philosophorum.

℞ *Laterem aut tegulam* ruffam antiquis. ex ruffo luto ductam, ea frangatur in frusta mediocria, & in prunis urãtur, donec plane excanduerint, deinde ex prunis ablata restinguantur in oleo claro veteri, & ita relinquantur donec se oleo impleverint, postea ex eo ablata in tenuiss. pulverem cõtundantur, atque in Retortam vel cucurbitam vitream imponantur, ac secundum artem luto chymico ora vitrorum claudantur, subtusq́ue prunis accensis oleum eliciatur, quod bene clauso vitro reponatur.

Convenit morbis frigidis potissimum. Calidum enim est, penetrans, resolvens, molliens dura, & discutiens tumida. Cõfert Epilepticis, paralyticis, spasmo laborantibus, item morbis articularibus, dolori dorsi, genuum & nervorum, medetur spleni, vesicæ, ac renibus, vermes interficit, ac plurimum commendatur ruptis è doloribus partus, venenis frigidis quoque resistit.

Oleum Terebinthinæ.

℞ *Terebinthinæ resinæ, aut in eius penuria Laricinæ, quam in Germania Terebinthinã nominamus, libras quatuor.*

Ponantur in capacem Retortam sive Cucurbitam vitream, & arte destillatoria eliciatur oleum, ita ut Retorta sive Cucurbita arenę imponatur. Primo autem cum aqua exibit oleum tenue & clarum; secundo aurei coloris; ultimo fuscũ & crassum, horumq; unumquodque per se reponatur.

* In Italia passim ita parant, ut in vitream retortam bene lutatam conjiciatur Terebinthinæ tantum, ut ad dimidium ferè impleatur, addendo aliquid arenæ lotæ, qua compesca-

compescatur Terebinthinæ ebullitio. excipiens vas vitreum forti glutino retortæ conjungitur, quæ imponitur vasi cineribus pleno, cui ignis paulatim auctior subjicitur. Alii retortam prius irrigant bene oleo communi, deinde tertiam partem retortæ Terebinthina implent, ac per sabulum destillant. Olei enim unctuositas Terebinthinam confertim ascendere non permittit. *

Confert morbis frigidis maxime partium nervosarum, difficulter spirantibus, asthmaticis & purulentis prodest. Colicis quoque utiliter adhibetur, potiss. ubi multum flatuum adest, dysuriæ & calculosis subvenit, cicatrices extergit.

Oleum Tartari, sive vini fæcum exiccatarum.

℞ *Tartari puri lib. quatuor.*

Ponatur in ollam & uratur in fornace cum lateribus aut tegulis sive fictilibus, vel per se, donec omninò excandescat Tartarum: postea imponatur in sacculum ex linteo factum, & suspendatur in cellam, & tum extillabit ex eo clarus quidam liquor potius quam oleum.

* Varii modi olei ex Tartaro parandi habentur apud Evonymũ, Foësium, Melichium, & alios, quorum libri cum in manibus omnium versentur, huc eos transferendos esse non putavimus. *

Valet ad faciem tergendam, & cutim erugandam, scabiem & impetigines sanat. Vtuntur nonnulli ad ulcera capitis.

Oleum Cydoniorum Mesuæ, sive Melinum.

℞ *Cydoniorum præmaturorum cum cortice suo tritorum.*

Succi Cydoniorum, an. quantum libuerit, alii sumunt uncias sex.

Olei Omphacini, hoc est, immaturi tantum, ut excedat eius quantitas succi mensuram, vel libras tres.

Postea os vasis bene obturetur, & ad solem omnia macerentur, aut in æstuario diebus quindecim. hoc facto coquatur in vase duplici, & abjiciantur postea Cydonia, novis additis, quæ rursum macerentur & coquantur, inde tertio recentia Citonia imponantur, & prædicto modo omnia parentur, tum colatum reponatur vase bene obstructo ne quid expiret.

* Admonendi pharmacopœi, ut recte ac diligenter hoc oleum parent, quod non ab omnibus observatur. *

Efficax est contra debilitatem ventriculi, vomitum, & fluxum, sistit sudorem, resoluta recreat, lapsas vires ac nervos roborat.

Oleum Sampsuchinum sive Majoranæ Actuarii.

℞ *Foliorum Sampsuchi manipul. quatuor.*

Serpilli manipul. duos.

Foliorum Myrti veræ manipul. unum.

Abrotani,
Sisymbrii sive Menthæ aquaticæ, an. manipulum dimidium.
Caßiæ ligneæ veræ unc. duas.
Olei Omphacini quantum sufficit.

Concidantur & contundantur omnia, ac imponantur in vitrum, ac olei tantum affundatur, ut supra species emineat, tum obstructo vasis orificio macerentur ad solem vel in æstuario diebus octo. Tandem exprimãtur & oleum expressum infundatur recentibus speciebus, quod tertio est repetendum.

Laßitudini utile est, ac morbis cerebri ac nervorum succurrit. in balneis usurpatum, loco unctionis, paralysi medetur, spasmo cynico, quem vulgo torturam oris nominant, prodest naribus injectum. auribus immissum, tinnitum à flatu genitum dissipat, menses promovet, & Scorpionum morsibus auxiliatur.

Oleum ex Vitellis ovorum.

℞ *Ova recentia numero centũ.*

Coquantur donec penitus induruerint. Vitelli duri eximantur, ac bene comminuantur manibus, rudicula vel pistillo in mortario, comminuti assentur in sartagine figulina vitreata, cõtinue agitando donec ferme spumosi & ruffescentes evadant & pinguedinem quandam remittant, deinde calentes sacculo lineo firmiori vino aromatico irrorato inclusi exprimantur, torculari ad hoc parato, quod emanabit vasculo vitreo servetur.

Cutis vitia aufert, cicatricibus & ambustis medetur, impetiginem, serpiginem & alia eiusmodi vitia sanat, pilos auget, fissuris manuum ac pedum ac doloribus partium nervosarum succurrit. Membranis Cerebri contusis confert, ac partes læsas à sanis evidenter separat. Vlcera quoque maligna & fistulosa curat.

Oleum Hyperici Iacobi de Manliis.

℞ *Summitatum Hyperici jam maturi uncias quatuor, alii tres.*

Macerentur in vino odorifero diebus tribus. Bulliant deinde in vase duplici obturato orificio vasis, postea exprimantur, & recentis Hyperici par pondus injiciatur, atque iterum macerentur ac coquanrur, exprimãturque, deinceps tertio quoque recens Hypericum addatur, & si necesse fuerit, parum vini adjiciatur.

Postea

℞ Te-

℞ *Terebinthinæ claræ uncias tres.*
Olei veteris clari uncias sex.
Croci scrupulum unum.

Coquantur in duplici vase usque ad consumtionem vini, postea exprimantur, & à sedimento purgatum oleum reponatur.

* Est aliud in usu oleum Hyperici in officinis plærisque, ex oleo tantum & floribus factum, mutatis ad minimum ter floribus cum oleo coctis, addito pauculo vino decoctionis eorundem florum. Quod vero fit ex oleo & floribus per insolatum, nullius ferme precii. Notandum etiam in profluvio sanguinis sistendo simplex oleum Hyperici, non compositum, quod potius obesset, sumendum. *

Calefacit & siccat, & tenuis est substantiæ, quare doloribus à frigore exortis medetur. Ischiadicis & varicibus utiliter adhibetur. Nervorum punctorum & articularibus doloribus succurrit.

Oleum Irinum.

℞ *Olei libras sex.*
Vini lib. unam.

Lavetur oleum ter in aqua calida, deinde effusa aqua, addatur vinum & inspergantur
Macis unciæ quatuor.
Cardamomi,
Zedoariæ, an. unciæ duæ.

Macerentur in loco calido aliquo, bene vasis ore obstructo, per dies octo, deinde in duplici vase coquantur, usque ad consumtionem vini dimidii. Postea exprimatur oleum & inspergatur ei pulvis subtilis
Iridis illyricæ ad lib. duas.

Macerentur, ut prius, diebus octo, deinde exprimatur oleum, & recentis Iridis contusæ par pondus adjiciatur, tum rursus ad solem aut loco aliquo calido diebus octo macerentur ac exprimantur. Postremo etiam tertiò exprimantur, & aliæ Iridis radices addantur, & similiter omnia parentur, ut antea, ac deinde in duplici vase oleum unà cum ultima inspersa Iride aliquandiu coquantur. Postremò exprimatur oleum, cum videbimus subsidere ad fundum vasis Iridis pulverem, & leniter coletur. Cumque ita crebro permutetur Iris, oleo singulis vicibus aliquid decedit, ideo boni ponderis libræ sex olei accipiantur.

* Augustanum Antidotarium & alia nonnulla retinent simpliciorem compositionem Mesuę tantum ex radicibus & floribus Iridis cum oleo paratam, quæ & ipsa non est contemnenda. *

Attenuat, resolvit, maturat & digerit pravos humores pituitosos pectoris ac pulmonum, facilem reddit expuitionem, & anhelitum, sedat tussim, ac dolores à frigida caussa ortos Epatis, splenis & potiss. matricis, resolvit dura apostemata, confert spasmo, doloribus articulorum, & aurium, nec non fœtori narium.

Oleum Irinum Nicolai Alexandrini.

Olei sextarios decem.
Aquæ sextarios tres.
Radicum Iridis lib. tres, uncias quatuor.
Crini domestici radic. id est, lilii albi odorati hortensis unc. quindecim.
Cyperi viridis rad. uncias sex.
Helenii uncias tres.
Anchusæ uncias duas.
Cinamomi,
Assæ odoratæ,
Spicæ, an. unciam unam.

Contundantur radices & aliæ species, & macerentur in oleo & aqua diebus quinque ad solem vel loco calido, obstructo vasis orificio, postea supra lentas prunas in duplici vase coquantur, donec aqua consumta fuerit, deinde refrigerentur, tandē exprimantur, & cum aliquid subsederit, sensim excoletur oleum.

Nicolai Alexandrini latinum ac impressum exemplar ad hunc modum tradit huius olei confectionem.

Sextarius *Romanus mensura est, quæ habet olei uncias ponderales sedecim, drachmas quinque ac scrupul. unum.*

Anchusa *vulgò est Buglossa sylvestris, rubra radice, quam aliqui hodie non recte Alcannam vocant. tinguntur autem ea radice Vnguenta & Cera.*

Vsurpatur ad diuturnum catarrhum naribus impositum, ozenas & putredines narium aufert, tinnitum aurium cum aceto & ruta ex amygdalis amaris commistum & auribus injectum tollit, asthmaticis gargarismo adhibito opitulatur, hæmorrhoidas veteres inunctum sive colo injectum educit.

Oleum Moschelinum sive μοσχέλαιον Nicolai.

℞ *Olei puri libras sex, alii octo, alii quatuor.*
Aquæ libras tres, alii libram unam semis.
Folii aut Macis,
Nardi Indicæ,
Costi odorati veri,
Masticthes, ana uncias tres, alii unciam & semis.
Styracis Calamitæ,
Croci,
Myrrhæ Troglodyticæ,
Xylocinamomi, vel corticis Cinamomi in eius penuria,
Cassiæligneæ veræ, ana unciam unam semis, alii drach. sex.
Carpobalsami vel eius succedanei,
Caryophyllorum,
Bdellii, an. unciam unam, alii semis.
Mosci drach. tres, alii sex, alii unam.
Nucis Indicæ, id est, Moscatæ n°. quatuor, alii duas.

Folium,

Folium, Myrrha, Cassia, Carpobalsamum & Bdellium terãtur, & biduum in aqua & oleo macerentur, postea coquantur supra lentum ignem in duplici vase usq; ad consumtionem aquæ, quo facto reliqua omnia in tenuiss. pulverem redacta inspergantur excolato & expresso oleo, ac iterũ macerentur & coquantur parumper, ultimo deinde Moschũ admisceamus, & reponatur. quod si aromata subsidant, ea interdum oleo misceantur, agitato prius vase.

Ex Nicolao Alexandrino desumtum est hoc oleum, apud quem non puri sed Punici olei legitur, id est, in Aphrica collecti, quod omnium opt. & dulciss. existit.

* Admodum variant in editis libris pondera, quare putavimus eorum diversitatem esse indicandam.*

Est opt. ad omnem frigiditatem corporis, potiss. ventriculi & ad dolorem lateris foris inunctum. Stranguriæ, & doloribus colicis, ac vitiis nervorum illitum parti affectæ confert. Miscetur quoque Epithematib. ac Emplastris, quæ ad ventriculi & renum affectiones parantur.

Oleum Rutæ.

℞ Rutæ recentis incisæ & contusæ quantum libuerit.

Ponatur in Vase vitreo, & affundatur olei veteris clariss. sufficiens mensura, ac maceretur ad solem aut in loco calido diebus quindecim, deinde in duplici vase coquantur, & abjecta ruta recens injiciatur, iterũ quindecim diebus maceretur, postea eodem modo coquatur & exprimatur, idq; tertia vice repetatur, deinde coletur.

Atque hac ratione & hoc oleum præparari & aliquot sequentia debent.

Calefacit, aperit, resolvit, ac dolores mitigat, calefacit renes, vesicam, uterum, & sedat dolores horum viscerum, maxime colices, si venter eo ungatur, & fiat ex illo solo clyster. Confert etiam nervis, spasmo, & expellit frigidos humores.

Oleum Anethinum Mesuæ.

Oleum Anethinum fit ex floribus ac foliis Anethi & oleo veteri claro eodem modo, quo Rutaceum.

Sedat dolores, aperit poros, & resolvit vapores, abscessus, tumores ac durities, mitigat rigores febrium, provocat sudorem, lassitudines discutit, nervis gratum, ac acopis familiare.

Oleum Chamæmelinum Mesuę.

Fit ex floribus Chamæmeli, sive, ut vulgo vocãt, Chamomillæ, & oleo veteri claro, ut Rutaceum.

Siccentur flores in umbra viginti quatuor horis, deinde in

in vase vitreo angusti oris bene obturato quadraginta dies in sole relinquantur.

* Quod si volumus hoc oleum nonnihil quoque astringere, monet Costæus ut flores prius contundantur, qua ratione terrestris vis eorum sese melius foras exerit. *

Acopum est & anodynum, aperit poros, moderate resolvit, nonnihil fluxiones inhibet, præsertim ita paratum ut jam indicatum est, lassitudines juvat, confert nervis, tensionibus hypochondriorum utile, vapores discutit, & doloribus colicis prodest.

Oleum Lilinum
Mesuæ simplex.

Paratur ex Liliis albis odoratis recentibus, & oleo veteri claro, instar Rutacei.

* Habetur quoque oleum hoc compositum descriptum à Mesue, multis in locis usitatum atque simplici efficacius. *

Sedat dolores pectoris ex frigida caussa ortos, itemque renum, vesicæ, & uteri, ac intestinorum. Est enim calidum, resolvens, & maturans abscessus.

Oleum Narcissinum.

Fit primo Vere ex recentibus floribus albi Narcissi, qui vocantur weiß Hornung Blumen / weiß Joseph Stäb / *ut Rutaceum.*

Prodest ad uteri durities emolliendas, ac discutiendas.

Oleum Ligustrinum Mesuæ.

Oleum hoc quoque à Græcis vocatur Cyprinum, Arabes autem de Alcanna. huius loco sumuntur flores recentes Ligustri nostri, & fit ut Rutaceum.

* Discrimen inter nostrum Ligustrum & Alcannam Arabum, quod & Henne vocatur, & in vulgari lingua græca Schenna, quod in Aegypto ac Syria circa Tripolim crescit, huiusq; descriptionem tradit doctiss. vir D. Leonhartus Rauvvolfius in suo Hodœporico ad regiones orientales, lib. 1. cap. 4. quod magis convenire cum Cypro veterum quàm nostrum ligustrum existimat. *

Calefacit, emollit, partes nervosas roborat, succurrit Angina laborantibus & inguinum abscessibus, capillos à canicie vindicat.

Oleum Sambucinum.

Paratur ex floribus Sambuci & oleo veteri clarissimo, ut Rutaceum.

Lenit, abstergit, ac mundam reddit cutim, medetur ictero & max. debili Epati ac ex obstructionibus laboranti, ac plurimum confert articulorum doloribus.

* Fit alibi ex floribus Sambuci & medio eius cortice oleum, quo læsi à bellicis tormentis & ignibus artificialibus, teste Costæo celeriter curãtur. *

Oleum Iasminum.

Hoc Arabes vocant Jeseminum & oleum de Zambach.

Fit ex floribus instar Rutacei.

Est viribus Chamæmelino aut Cheyrino proximum, confert iis, quæ calefactionem & laxationem desiderant.

Oleum Cheyrinum.

Fit ex Leucoiis sive Violis Luteis, ut priora olea.

Ex recentibus floribus temperatius & ad dolores aptius est, sicuti ꝙ ex aridis, validius in detergendo esse solet Vnguibus, qui Calyci insident resectis oleum fit validius, quod si in eo labores majores aliquis velit insumere, licebit sæpe additis Violis pares vel etiam validiores oleo vires conciliare, ut docet Costæus in Mesuen.

Calidum est, tenuat, lenit ac digerit, dolores nervorum aliarumque partium corporis mitigat, thoraci, pectori, vesicæ & renibus confert, menses provocat, & uteri suffocationibus medetur, adversatur lumbricis, partum reddit faciliorem, Arthriticis & resolutis prodest.

Oleum Myrtillorum.

Fit ex Myrtillis, hoc est, baccis verę Myrti, & oleo communi sive omphacino, ut sit Baccarum ad oleum proportio tripla, quæ prius confringantur. Quoniam vero Myrtus vera in Germania non nascitur, neque habemus semper virides baccas, sed aridas ut plurimum, ex Italia allatas; ideo necesse est ut vino odorato prius aspergantur, deinde misceantur & bulliant secūdum artem, ac tandem colentur.

Refrigerat & astringit, ideoque cœliacis affectibus subvenit, sanat igne ambusta, pustulas erumpentes illitu emendat, attritus hyeme concitatos & intertrigines corrigit. Sedis rimas, condylomata, laxatos artus sanat, ac sudores cohercet. Capillos retinet, adjecto præsertim Ladano, ut tradit Gal lib. 2. de Comp. Medicam. secundum loca.

Oleum Myrtinum.

Paratur ex foliis veræ Myrti & oleo Omphacino vel communi, ut prius oleum.

Fit etiam ex Myrti floribus priori multo gratius & suavius oleum, minus tamen validum. Instratas enim Amygdalas vel Vnguentarias glandes hisce floribus copiosis, ubi eorum vim imbuerint, exprimimus ac inde oleum colligimus.

Cerebrum, nervos, cor & ventriculum roborat.

Oleum Menthæ.

Fit ex Mentha crispa sativa & oleo omphacino, eodem modo ac Rutaceum.

Ventriculum inbecillum & refrigeratum juvat, ac calefacit, nauseam ac vomitum reprimit, appetentiam excitat, ac coctionem promovet.

Oleum Absynthii.

Paratur ex Absynthio Pontico & oleo Omphacino, ut Rutaceum. Cum vero de Absynthio Pontico adhuc nonnihil dubitetur, quod non adeo calidum ac suavis odoris esse debet, valdeque astringens; nostrum vero vulgare sit calidius, &

nihil ferme astringat, ut Galenus quoque tradit, atque etiam oleo Omphacino ut plurimum destituamur: ideo corrigendum est cum rosis, quæ dimidium eius pondus æquent.

Calefacit & roborat refrigerata, potiss. vero ventriculum, appetitum excitat, obstructiones aufert, lumbricosq; enecat.

Oleum Rosaceum usitatum.

℞ *Olei communis libr. quatuor.*

Rosarum rubearum nondum prorsus apertarum uncias sedecim.

Macerentur & insolētur octo dies, atque deinde bene exprimantur, atque aliæ rosæ imponantur, idque fiat tertia vice. Nonnulli in infusione rosas relinquunt.

* Omphacinum vero oleum fit ex oleo immaturarum olivarum & Rosis rubris non penitus apertis. Ac quamvis Paulus Aegineta jubeat ungues rescindi, Costæus tamen & alii suadent non solum rosas ad hoc integras sumi, immaturas tamen, sed ungues ab aliis ablatos contundi & admisceri volunt, ut fiat efficacius ad refrigerandum & cohibendas fluxiones. Cum vero hoc ad dysenteriam epotum Mesues plurimum commendet, hoc sane intelligendum de recentiss. alioqui propter acrimoniam & rancorem ventriculo ac intestinis adversatur. *

Refrigerat & astringit, efficax contra inflammationes, æstuantem ventriculum emendat, erosiones intestinorum clysteribus inditum, & dolores dentium, si eo colluantur, sanat.

Oleum Rosatum completum.

℞ *Olei communis unius anni bene loti, donec omnem acrimoniam deposuerit, quantum satis fuerit.*

Macerentur in eo Rosæ maturæ & apertæ per tres dies, postea bulliat oleum per sex horas, & coletur ac exprimatur. iterum ponantur aliæ rosæ recētes, quę similiter macerētur, coquātur exprimanturq;. sicq; fit tribus vicib. & deinde asservatur.

* Hunc modum ex Mesue tradit D. Mercurial. in lib. III. de Comp. Med. cap. XVI. & monet pharmacopœos, ne unica vice tantum sinant bullire oleum, ac ait se esse in ea sententia, quàm plurima alia olea ad hunc modum esse paranda, ut Violaceum, Chamæmelinum, Anethinum, de Absynthio, Menthæ, Rutæ, Cheirinum, Liliaceum, Sambucinum, Hyperici, Myrthinum, Cytoneorum, Nymphææ.

Alii tamen plurimi, ut Augustani quoq;, dies septem prius insolant, & in tertia infusione addunt aquam infusionis Rosarum, eo modo factæ ut in Syrupo Ros. fit, ad quartam partē, & succo ultimo loco adjiciunt, quemadmodum ex ipsorum diligentissima pharmacopœia apparet. *

Hoc prioribus magis roborat, lenit, nonnihil resolvit, & dolorum vehementiam sedat.

Oleum Violaceum.

Oleum hoc fit ex florib. odoratis violarum martiarū & oleo omphacino, quemadmodū Rutaceū & Rosaceū.

* D. Costæus ex Sylvio monet, licet omphacinum oleum refrigeranti violarum facultati adjumento esse posit, leniendi tamen vim extenuare astringendo. Recte igitur Amygdalinū recens quandoq; adhibemus, refrigerante tamen aqua prius elotum. *

Refrige-

Refrigerat, lenit, ad ferventes inflammationes conveniens: pectoris morbis inunctum utile, unde tabidis & hecticis utile. Phreneticis & vigilantibus fronti & temporibus impositum somnum conciliat. Renum & jecoris intemperiem calidam emendat.

Oleum Nymphææ albæ, sive Nenupharinum.

℞ *Flor. Nymphææ albæ uncias quatuor.*

Olei Omphacini libr. unam.

Macerentur in sole per dies decem, deinde exprimantur, & bis térve flores recentes immittantur.

Vires habet violacei, magis tamẽ quam illud refrigerat, minus vero quam paverinum. Insomnia depellit, urinæ ardori, & calidæ renum intemperiei succurrit, gonorrhæam depellit, & tentiginem genitalium prohibet.

Oleum Nymphææ Luteæ.

Paratur ut prius: & vires habet violacei.

Oleum Populinum.

Paratur primo vere ex oculis populi arboris contusis & oleo veteri claro loto in aqua calida aliquoties, instar Rutacei.

Oleum Populinum compositum Nicolai Alexandrini.

℞ *Olei communis uncias octoginta sex, id est, libras septem, uncias duas.*

Vini libras quatuor.

Gemmarum populi arboris recentium, Veris initio collectarum lib. tres.

Gemmæ diutiss. terantur ac macerentur in vino ac oleo diebus septem, & quotidie sæpe agitentur, octava deinde die super lentas prunas in duplici vase coquantur, usque ad consumtionem vini, deinde exprimatur oleum & reponatur.

Porro hoc oleũ efficacius erit, si secundo & tertio recentes populi gemmæ addantur.

* Notandum hoc oleo nimis veteri, utpote quod caliditatem nimiam acquirat, non temere utendum. *

Confert in doloribus capitis, arthriticis, nephriticis ac podagricis, ac etiam in aliis cruciatibus.

Oleum Amygdalinum dulce.

℞ *Amygdal. dulcium siccorum non tamen rancidorum.*

Contundantur minutiss. ablato exteriore cortice, post ea in sartagine aliquantulum torrefient (quidam parum aquæ rosaceæ affundunt) & prælo exprimantur.

* D. Costæus in Mesuem commentans inquit: Oleum quod ex Amygdalis vulgo exprimitur, fumidi odoris nonnihil, & multum fæculentæ materiæ retinet, atque propterea est ingratum. Purius itaque & gratius

odore & sapore erit, si non calefacta amygdala pressserimus & parcius quidem quam ex calefactis oleum exit, at licebit calefactas secundo prælo subjicere & quod reliquum erit extrahere, quod ad externos usus utile est. *

Lenit asperitates pectoris, gutturis & pulmonum, duritiem item & siccitatem articulorum. Gratum est in cibis & convenit hecticis ac phthisicis, sedat tussim, & ardorem urinæ, vesicæ & utero exulceratis cum fistula injectum succurrit.

Oleum Amygdalinum amarum.

Fit hoc oleum eodem modo, quo ex dulcib. amygdalis.

* In Amygdalorum amarorum penuria fieri potest eiusdem facultatis ex nucleis Persicis. *

Aperit obstructiones, & flatus discutit & vapores, potiss. vero medetur surditati, sibilo & doloribus aureum, lenit duritiem nervorum & delet maculas faciei.

Oleum Balaninum.

Fit ex Balano Myrepsica, id est, glande unguentaria, Arabes vocant granum Ben. Paratur autem ex tuso, assatoque, affusa aqua Rosacea. Porrò fructus ipse Avellanę magnitudinem habet, colorem candicantem, & figuram, ut plurimũ, triangularẽ, cortice tenui claudit pinguem quendam nucleum fungosa & alba tunica involutum, affertur ex Syria & Arabia.

Abstergit maculas, varos, lentigines, cicatricum nęvos, alvum solvit, sed ventriculo adversatur, dolores aurium emendat. Ad earundem tinnitum cum adipe infusum auxiliatur.

Oleum Ricininum sive de Cherva.

Dicitur etiam Galeno & Plinio Cicinum. Fit pariter ut Amygdalinum.

Prodest psoris, ulceribus capitis, sedis inflammationibus uteri, ex strangulatione occlusionibus, cicatricibus fœdis & aurium doloribus, potu alvum ciet, quæ aquis gravatur, nec non lumbricos ejicit.

* Caute tamen intra corpus exhibendum est, cum Mesue dosin eius non definiat, & constet aliquando duobus tantum granis assumtis immodicam esse purgationem consecutam. *

Oleum Papaveris.

E semine utriusque papaveris tam albi quam nigri exprimitur, eodem quo priora, modo.

Impinguat, asperam arteriam lenit, modo sit recens nec rancidum, febrium ardorem mitigat, ac insomnia depellit.

Oleum Hyoscyami.

Paratur ut cætera huius generis. Dioscorid. ex albi Hyoscyami semine recenti, sicco tamen, exprimit, calida aqua asperso, deinde insolato ac trito.

Ad aurium dolores efficax: itemque ad gonorrhæam exterius inunctum.

Oleum

Oleum Spicæ.

Fit per destillationem ex majori Lavendula, quæ Spica vocatur, & apud nos majoribus sumtibus fit, quam in Gallia Narbonensi, ideoq; potius emendum à mercatoribus, qui ex Gallia ad nos afferunt.

Calefacit, attenuat, ac discutit. Podagricis in caussa frigida utile.

Oleum Laurinum.

Apud nos nō facile parari potest ob penuriam baccarum. Sed cum copiose afferatur ex Italia & aliunde, facilè inde haberi potest. Fit autem huncin modum. Baccæ lauri maturæ ac recentes teruntur in pila, & ex aqua in lebete coquuntur, post torculari plano non cavo exprimuntur in vas subjectum, in quo aquæ supernatās oleum colligitur. Affusa aqua iterum teruntur ac exprimuntur, torculari cavo, & oleum collectum reponitur.

* Quid sit Torcular planum, & quid cavum, consulantur annotationes doctiss. in Mesuem D. Costæi. *

Calefacit valide, aperit, discutit ac exiccat. Dolores colicos mitigat ac frigidos affectus emendat. Rigori febrili, spinæ dorsi illitum, prodest. Paralysi, nervis debilibus ischiadicis confert, uterinis quoque & spleneticis morbis subvenit. Vtimur quoque in Scabie & impetigine.

Oleum Sesaminum.

Exprimitur è semine. Affertur autem ad nos ex Ægypto Venetias, ubi ematur sincerum. Nam adulteratur oleo nucum ac papaverino, sed odoris & saporis differentia facile depræhenditur à peritioribus dolus.

Impinguat, lenit guttur, omnem asperitatem & duritiem, ac vocem reddit clariorem.

Petrelæon sive Petroleum.

Est Naphtha Babyloniorum, Itali nominant oleum de saxo.

Optimum est albicans, flavum minus bonum, utrumque in Italia reperitur & alibi. Nigrum crassius ac deterius censetur, quale invenitur in Agro Borchdorpiano & Brunsvicensi in Saxonia.

Calefacit, siccat, essentiæ tenuitate in altum penetrat, digerit, proinde materiam omnem excrementitiam consumit. Vtuntur in Epilepsia, paralysi, vertigine, lienis, renum, vesicæ, uteri, nervorum, articulorum omnium & aliarum partium nervosarum doloribus ex frigida caussa ortis, sed corpore purgato, & cum cautione.

APPENDIX.

Olea quæ parantur per infusionem vel decoctionem.

OLEUM MOMORDICÆ.

Fit cum oleo Amygdal. dulcium vel interdum etiam oleo lini.

Moderate calefacit, mitigat dolores, præsertim hæmorrhoidum, estque vulnerarium.

OLEUM CRASSULÆ.

Refrigerat, astringit, & ad inflammationes utile.

OLEUM LACTUCÆ.

Hoc quoque refrigerat & humectat, doloresque sedat: nec non vigiliis medetur. Exhibetur utiliter per os in gonorrhæa.

OLEUM PÆONIÆ.

Conficitur ex granis per expressionem.

Utimur tam intra corpus quam extra in Epilepsia & similibus morbis.

Oleum Peti sive Tabaci.

Paratur ex floribus, semine ac foliis, sed quia duo priora in magna copia raro habentur, foliis sumus contenti.

Clariss. Vir & Medicus doctiss. D. Theodorus Zwingerus p.m. ex seminibus contusis & per triduum in aqua eiusdem plantæ vel simplicis maceratis in loco tepido, deinde expressis parabat oleum, quod cum oleo Terebinthinæ plurimum commendabat in vulneribus & ulceribus.

Hoc inprimis est vulnerarium, in adustis & inflammatis utile.

Oleum Ranarum Mesuæ.

Ranarum fluviatilium libra dimidia incoquitur in olei sesamini sextario, in vitro optime clauso usq; ad ipsarum dissolutionem.

Arthritidi & Podagræ calidæ prodest.

Oleum ex Malis Aureis.

℞ *Mala aurea.*

(Italis Pomi d'oro. quidam Lycopersium Galeni. alii Glaucium esse opinantur.)

Macerantur & insolantur in oleo omphacino per 40. dies.

Somnum conciliat, anodynon est haud vulgare, scabiem & impetiginem aufert, ubi præsertim magnus calor adest. Medetur phlyctænis.

Oleum Prunorum simplex & compositum.

℞ *Olei communis libram unam semis.*

Prunorum Ungaricorum uncias tres.

Florum Malvæ Hortensis manipul. unum.

Aluminis crudi uncias duas.

Decoquantur secundum artem.

Paratur etiam in nostris officinis simplex per expressionem.

Usus est in exulceratione oris & faucium, præsertim infantium.

Oleum Nucis Muscatæ compositum.

℞ *Nucum Muscat. oleosarum libram dimidiam.*

Caryophyllorum unciam semis.

Contundatur instar Amygdalorum, & paulatim irrigentur aqua Absynthii, continue

nue agitando in mortario, donec omnia probe emolliantur, deinde affundantur

Olei Mastichini,
Menthæ, ana unciæ novem.
Vini Malvatici unciæ duæ.

Macerata ad dies septem in duplici vase ad prunas leniter bulliant, orificio bene obstructo, ne odor suavis evaporet, ad vini consumtionem, tandem exprimantur, & bene in vitreo vase asserventur.

Confert in stomachicis frigida & humida intemperie laborantibus, & in hisce morbis creberrime usus est Helidæus de Paduanis celeberrimus Medicus Bononiensis. Nonnulli parum Zibeti adjiciunt.

Oleum Scorpionum compositum.

Huius descriptio satis prolixa tum alibi, tum apud Matthiolum in commentariis ad Dioscoridem editis circa initium libri VI. reperitur, atque ideo hoc loco, ne liber nimium excresceret, exponere non necesse esse putavimus.

OLEA AROMATICA ET ALIA SIMPLICIA PER DESTILLATIONEM PARATA.

Absynthii Pontici.
Anethi.
Angelicæ.
Anisi.
Ammoniaci.
Antimonii extra corpus.
Assæ dulcis.
Butyri Maialis.
Basilici.
Bdellii.
Benzoi.
Calamenthæ montanæ veræ.
Calami Aromatici vulgaris sive Acori veri.
Camphoræ.
Carannæ gummi.
Cardamomi.
Cari.
Caryophyllorum.
Castorii.
Ceræ albæ & flavæ.
Chamæmeli vulgaris & sativi.
Cinamomi.

Cori-

CORIANDRI.
CORTICVM ARANTIORVM.
CITRII POMI.
LIMONIORVM.
CYMINI.
DAVCI.
FÆNICVLI *nostratis & Italici.*
GALBANI.
GVAIACI.
HYSSOPI.
LADANI.
LAVENDVLÆ.
LAVRINVM.
LIGVSTICI.
MACIS.
MAIORANÆ.
MASTICHES.
MATRICARIÆ.
MELISSÆ *vulgaris & Turcicæ.*
MELLIS.
MENTHÆ.
MYRRHÆ.
MYRRIDIS.
NIGELLÆ.
NVCIS MVSCATÆ.
ORIGANI CRETICI.
OSSIVM HVMANORVM.
PETROSELINI *seminis.*
PICIS.
PIPERIS *longi & nigri.*
RORISMARINI.
RVTÆ.
SAGAPENI.
SALIS.
SALVIÆ.
SAPONIS VENETI.
SATVREIÆ.
SERPILLI.
SESELIOS.
STYRACIS *calamitæ ac liquidæ.*
SVCCINI *albi & citrini.*
SVLPHVRIS.
TACAMAHACÆ *gummi.*
TEREBINTHINÆ *larignæ & Cypriæ.*
THVRIS.
THYMI.
VITRIOLI *simplicis & correcti: itemque spiritus eiusdem.*
ZEDOARIÆ.

OLEA COMPOSITA DESTILLATA.

Oleum Balsami Petri Aponensis.

℞ *Myrrhæ,*
Aloës,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opopanacis,
Carpobalsami vel succedanei,
Bdellii,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Croci,
Masticbes,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ, ana drach. duas.
Ladani,
Castorii, an. drach. duas semis.
Moschi drach. dimidiam.
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Terenda omnia conterantur, misceantur omnia, & destillentur in Alembico secundum artem.

Hoc Balsamum artificiale potest interdum veri loco usurpari à Chirurgis.

Oleum Balsami D. Magenbuchii.

Destilletur primum Resina Terebinthina cum vino sępius destillato correcta, & excipiatur oleum, quod per balneum ascendit, clarum, tenue & lene. Deinde

℞ *Florum Borag.*
Rosarum rub.
Buglossæ,
Stœchadis,
Lavendulæ utriusque,
Origani Cretici,
Dictamni Cretici,
Rorismarini,
Chamæmeli, an. scrupul. duos.
Sem. Anisi drach. unam.
Fœniculi,
Basilici,
Pæoniæ, ana drachmam mediam.
Baccarum Lauri,
Juniperi, an. drac. unam.
Rad. Angelicæ,
Helenii,

Valerianæ,
Iridis,
Acori, id est, Calami Aromatici,
Dictamni albi,
Glycyrhizæ,
Pæoniæ,
Spicæ Indicæ; alii Celticæ, ana drach. unam.
(Addunt nonnulli
℞ *Rad. Mei,*
Gentianæ,
Imperat.
Rubiæ, an. drachmam unam.)
Corticum pomi Citrii,
Arantiorum, ana scrupul. duos.
Herb. Salviæ,
Majoranæ,
Rorismarini,
Hyssopi,
Menthæ odorat.
Cypressi,
Folior. Lauri, ana drachm. unam semis.

Incisa & contusa infundantur in vino opt. destillato, & extrahatur ipsorum facultas. Pariter

℞ *Styracis Calamitæ uncias duas.*
Myrrhæ selectæ,
Laccæ veræ,
Thuris,
Mastiches,
Bdellii,
Assæ dulcis, ana unciam unam semis.

Pulverisata quoque imponantur vino destillato, & eorum vis extrahatur, ac exprimantur.

Eodem modo ex sequentibus per idem vinum eorum facultas eliciatur.

℞ *Zingiberis,*
Zedoariæ,
Galangæ, an. drach. duas.
Rhapontici drach. mediam.
Croci drachmam unam, alii dimidiam.
Cinamomi unciam dimidiam.
Nucis Muscatæ,
Macis,
Caryophyllorum, ana drach. sex.

Tandem misceantur hæ extractiones & affundatur
Olei Terebinthinæ jam dicti libra una.
Styracis liquidæ unciæ tres.

Stent aliquantisper simul in calore leni & deinde destillentur, affuso, quantū satis fuerit, vini stillatitii optimi. Quod si cum hoc apparuerit oleum bene esse commistum, separetur affusa aqua simplici pura.

Oleum vero fit adhuc odoratius hoc modo.

℞ Ca-

℞ *Caryophyllorum unciam mediam.*
Cinamomi,
Macis,
Nucis Muſcatæ, ana drach. duas.
Foliorum Spicæ hortenſis,
Croci, ana pugill. unum.

Fiat pulvis, ſuper quem fundatur Oleum per ſe ſine vino deſtillato & maneant aliquantiſper in digeſtione. Tandem affundatur quoque vinũ opt. deſtillatum, in quantitate ſufficienti, & in balneo deſtilletur. Roſtro vero Alembici imponantur in ſerico,

℞ *Moſchi macerati in aqua Roſarum grana quinq;.*
Camphoræ grana duo.
Cinamomi,
Caryophyllorum, ana ſcrupulum unum.

Poteſt etiam hoc Balſamum cum oleo Aniſi primæ deſtillationis aromatiſari.

In Antidotario ſpeciali D. VVeckeri deſcriptio paulo aliter ſeſe habet, nec tam operoſa ac ſumtuoſa eſt, ſicuti hæc noſtra. Sed quia hæc longo tempore apud nos eſt uſitata, & feliciter uſurpatur, noluimus quicquam in illa mutare.

Efficax in obſtructionibus uteri & doloribus ipſius, nec non aliarum partium nervoſarum; calculo, dyſuriæ & ſimilibus morbis convenit. Sed tempeſtive, & corpore non impuro eiusmodi olea uſurpanda.

Oleum ad Bubones eiusdem.

℞ *Olei Abietini,*
Laurini, ana libram mediam.
Terebinthinæ lib. unam.
Gummi Elemi,
Euphorbii, an. drach. tres.
Hederæ drach. duas ſemis.
Thuris, drach. duas.
Rad. Zedoariæ,
Carlinæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Gentianæ,
Angelicæ,
Tormentillæ,
Cort. Citriorum,
Cardui benedicti, an. unciam dimidiam.
Ligni Aloës,
Maſtiches,
Myrrhæ,
Aloës ſucci,
Ladani,
Caſtorii,
Sagapeni, ana drachmam unam ſemis.
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Nucis Muſcatæ,
Cubebarum, ana drachmam unam.

Opopanacis drach. unam & dimidiam.

Resinæ pini,

Navalis, an. unciam mediam.

Terantur in pulverem pulverisanda & in fimo equino per dies octo digerantur, deinde fiat destillatio secũdum artem.

Nonnulli parum mutatis ponderibus hanc compositionem referunt ad celeberrimum olim Medicum Bononiensem Lodovicum de Leonibus.

In peste ac malignis febribus eo cor & arteriæ ad præservationem ungi possunt. Quod si bubones vel apostemata appareant, illo ungantur. Quibus discussis vel alio loco erumpentibus, illi quoque adhibendum, donec recedant. Trahi etiam ab una sede ad alteram hoc oleo bubones posse existimant. Est quoque utile in duritie gutturis, nervis contractis, membris tremulis, spasmum lenit, & discutit glandines.

EXTRACTA SIMPLICIA.

Absynthii.

Agarici.

Alhandali Trochiscorum.

Aloes ligni.

Aloes succi.

Alkakengi.

Angelicæ.

Asari.

Calami Aromatici.

Cardui Benedicti.

Centaurii majoris & minoris.

Chamædryos.

Costi Aromatici.

Croci.

Dictamni albi sive Fraxinellæ.

Esulæ.

Fumariæ.

Frangulæ.

Galangæ.

Galegæ.

Gentianæ.

Glycyrhizæ cum vino destillato, & cum propria aqua.

Gratiolæ.

Helenii.

Hellebori nigri & albi.

Iridis.

Juniperi ex granis.

Lilii Convallii.

Ligni Aloes.

Mev.

Myrrhæ.

PHV

Phu sive Valerianæ.
POLYPODII.
PULEGII.
RHABARBARI.
RHAPONTICI.
RAD. VALERIANÆ.
RUMICIS.
SANTALI CITRINI.

SCAMMONEÆ.
SCORDII.
SENÆ.
SYMPHYTI.
TORMENTILLÆ.
TURPETI.
VERONICÆ.
ZEDOARIÆ.

EXTRACTA COMPOSITA.

Extractum Diacarthami.

℞ *Specier. Diatragacanth. frig. unciam unam.*
Carnis Citoniorum uncias duas.
Zingiberis albi unciam mediam.
Medullæ seminum Carthami unciam unam.
Dacrydii drach. sex.
Turpeti selecti albi unciam unam semis.
Hermodactylorum unciam unam.
Mellis rosacei,
Mannæ, ana unc. unam.

Misceantur & fiat lege artis extractum.

Leniter purgat, præsertim cum Syr. Rosato solutivo aut Violato exhibitum.

Extractum Aloës cum Rharbarb.

℞ *Aloës succotorinæ selectæ libr. dimidiam.*

Lavetur cum aqua Rosar. & Endiviæ sæpius, deinde addantur Rhabarb. selecti & incisi ac per noctem in iisdem aquis infusi, unciæ tres. Postridie omnia ebulliant & percolentur, fiatque extractum lege artis.

Ventriculum & intestina ac Epar leniter purgat.

Extractum sive Balsamus Aloës Andernaci.

℞ *Fumi Terræ,*
Agrimoniæ,
Scolopendrii sive Ceterach. ana manip. semis.

Modus cōficiendi optime extracta ponitur in libro, cui titulus est pharmacopea Augustana folio 363. ubi describitur compositio appellata Cnicopharmacum Andernaci

Flor. Cordialium ana pugill. unum.
Folior. Senæ mundat. unciam unam.
Uvarum passarum uncias quatuor.
Rad. Glycyrhizæ.
Polypodii, bene incisarum, unà unciam unam.
Sem. Anisi drach. duas.

Coquantur in aquæ stillatitiæ Fœniculi unciis duodecim, ad consumtionem dimidii, deinde per linteum exprimantur & in colatura

Aloës unciæ quinque.
Mastiches,
Thuris albi, ana drachm. una.

Modice coquantur, donec Aloë dissolvatur, & nihil præter pelliculam relinquatur, tunc per linteum, ut antea, exprimantur. Postea rursum sartagini imponantur & percoquantur ad mellis consistentiam, affundendo interea cochleare unũ atque alterum aquæ Endiviæ, & deinde reservetur ad usum.

Hoc etiam leniter purgat, ac magis Melancholiam quam reliquos humores respicit.

Extractum purgans D. Magenbuchii.

℞ *Pulpæ Colocynthidis unciam unam, & drach. sex.*
Turpeti selecti drach. decem.
Fol. Senæ mundat.
Rad. Hellebori nigri,
Stœchad. Arabicæ, ana unc. dimidiam.
Rhabarbari elect. drach. sex.
Agarici albiss. unc. unam.
Cinamomi,
Santalorum Citrinorum,
Rad. Asari.
Rosarum rubearum,
Spicæ Celticæ,
Mastiches,
Myrrhæ opt.
Terebinthinæ Cypriæ, ana drachm. duas.

Incisis & contusis omnibus, infundãtur omnia in sufficienti quantitate optimi vini aliquoties destillati, & extrahatur succus: tandem admisceantur

Aloës opt. drach. decem.
Diacrydii drach. tres cum dimidia.

Et fiat secundum artem extractum.

Validius purgat quam priora.

Extractũ Opiatum.

℞ *Opii drach. sex.*
Mumiæ drach. dimidiam.

Succi

Succi alterci unciam unam.
Specierũ Diambræ unc. duas.
Corallii rubri præpar.
Succini albi præpar. ana scrupulos duos.
Croci Orientalis scrup. unum.
Moschi opt. gran. quindecim.
Ambræ veræ gran. duodecim.
Cum vino optimo destillato ac quinquies correcto,
Fiat extractũ secũdum artem.
Vtile ad sedandos dolores colicos, & alios similes qui modum excedunt. Non tamen nisi à peritis Medicis suo tempore adhibendum.

SALES ARTIFICIOSI.

ABSYNTHII *vulgaris & Pontici.*
ALKAKENGI.
ALTHEÆ.
ANETHI.
ARTHEMISIÆ.
BETONICÆ.
CALAMI AROMATICI.
CARDVI BENEDICTI.
CHAMÆMELI *vulgaris & Italici.*
CHELIDONII *majoris.*
CINAMOMI.
CITONIORVM.
CYMINI.
EVPATORII.
FOENICVLI.
GALANGÆ.
GALEGÆ.
GENISTÆ.
GLYCYRHIZÆ.
GRATIOLÆ.
HYPERICI.
IVNIPERI.
LAVENDVLÆ.
MELISSÆ.
MYRRHIDIS.
NVCIS MVSCATÆ.
ONONIDIS.
PÆONIÆ.
PETROSELINI.
POLYPODII.
ROSARVM, *nimirum ex calycibus.*
SALVIÆ.
SARSÆ PARILLÆ.
SASSAFRAS.
SENÆ.
SCORDII.
SQAMMATÆ RADICIS.
SVCCINI ALBI.
TAMARICI.
TANACETI.
TARTARI.
THERIACÆ.
VITRIOLI.

PRÆPA-

PRÆPARATIONES QVORVNDAM MEDICAMENTORVM, MVLTIS IN LOCIS AVCTÆ.

Modus abluendi Aloën simplex.

℞ *Aloës puriss. & tritæ lib. duas.*
Aquæ pluvialis q. s. aut libras sex, ut sit proportio tripla.

Misceantur in patina vitrea sive vitreata, affusa aqua prius calefacta, & aliquantulum rudicula agitentur. deinde sordes & calculos subsidere sinamus, ac puram pinguemque aquam, cui se Aloë miscuit, sensim excolemus, sordibus in fundo abjectis, ac colatura tecta linteolo tenuiore in sole vel æstuario exiccetur.

Modus abluendi Aloën cum Aromatibus.

℞ *Aloës puriss. & cribratæ lib. unam.*
Caßiæ ligneæ,
Spicæ Nardi Indicæ,
Asari,
Schœnanthi,
Carpobalsami,
Xylobalsami vel succedaneorum.
Cinamomi,
Ligni Aloës,
Croci,
Mastiches,
Laccæ, an. drach. tres.

Decoquãtur aromata in aquę quãtitate sufficienti secundum artem in duplici vase, deinde colentur. In colatura dissolvatur Aloë continue agitando, & ad solem ponatur in vitrea aut vitreata patina donec exiccetur. Oportet autẽ patinam linteolo puro tectam soli exponere, ne quid sordium incidat. Quod si hyeme lavãda est Aloë, in æstuarium ad fornacem ponatur, debemus enim fundo vasis insidentes arenas, & si quæ sunt aliæ sordes, diligenter auferre.

* In Italia vocant hanc vulgo *Aloës nutritionem.*

Aromata quę jusserit Medicus in

in aqua clara octupla quantitate decoquantur, donec duæ partes eius absumtæ sint. postea Aloë puriss. trita dissolvatur ex prædicto decocto colato & expresso, ac in latiore patina vitrea vel vitreata tenui linteolo contecta exiccetur, deinde iterum trita & soluta exiccetur, idque toties repetatur dum Aloë prædicti decocti duplum sui ponderis ebiberit. Hoc eodem modo nutritur optima Aloë diluto Rhabarbari & decocto Myrobalanorum & diversis succis herbarum & florum, ut Rosarū, Violarum, Endiviæ & similium. Dissolvitur enim in ipsorum aliquo & exiccatur ut supra, atque hoc toties donec eam liquoris quantitatem ebiberit, quam præscripserit Medicus.

Adipum sive Pinguedinum præparatio.

Adeps sive pinguedo recēs exemtis venulis, fibris ac membranulis, simplici aqua clara toties lavetur, dum pura aqua, nec amplius saniosa aut cruenta effluat, postea minutim incisa liquetur in duplici vase, coletur & in vase vitreo loco frigido reponatur sine sale, & sic durat per integrum annum.

Mercurial. in lib. III. de Compos. Medicam. cap. XVII. non probat pinguedines lavari aqua frigida, ut plerique pharmacopœi factitant, quia, inquit, sicuti videmus pinguedines facile concrescere sub aëre frigido, sic ab aqua gelida quodammodo congelantur, quapropter vult aqua calida esse abluendas, cum experientia quotidiana testetur, quæcunque hac lavantur multo magis emundari, quàm aqua frigida.

Dioscorides recentem Adipem à membranis repurgatum in novam fictilem ollam duplo capaciorem diligenter tectam flagrantiss. soli exponit, liquescentem inde humorem in aliud fictile excolat dum adeps omnis absumatur, & loco frigidiori recondit.

Aluminis Liquidi & Rupei sive Rochæ Assatio aut ustio.

Novum fictile Aluminis fere plenum ardentibus carbonibus injectis contegitur ac circumdatur, ac tamdiu uritur, donec totum alumē penitus efferbuerit, nec ulterius spumam emittat, tum refrigeratum eximitur & in fictili alio reponitur.

Æris Vstio & Lotio.

Sulphuri admistum atrum nimis colorem cōtrahit, cum colorem floridum, ac rubicundum, inter terendum

Cinnabarin referentem, habere debeat, quod fit si cum sale nitro vel etiã communi sale addito uratur. In huius penuria accipere possumus quod dicitur Ferretũ ex Hispania apportatum. Dignoscitur autem recte esse ustum, si in confracto frustulo æris scintillæ non appareant. In pulverem deinde redactũ lavatur quater mutata aqua, dum nullæ prorsus sordes seu spumæ emergãt, vel fiat ut de Cadmia docuit Galenus.

Æruginis rasilis
ustio ac lotio.

Vritur minutiss. fracta super fictili patina vel lamina flagrantibus prunis superposita, versaturque donec mutetur & fere Spodii vel subcineritium colorem acquisiverit. Abluitur ut Cadmia, vel potius, ut nunc fieri solet, aceto primum, deinde vino, tandem aqua rosacea, ut squama æris.

Squamæ Æris
lotio.

Squama æris ex rudi & non antea elaborato metallo eligenda, quod opt. ex Tarcusino oppido habetur. quę cum scoria non est confundenda, ut nonnulli faciunt, hoc enim est ramentũ tenue, quod malleis ab ære decutitur; scoria vero recrementum est inutile. Tenuiter autem squama hæc in mortario trita opt. subigitur cum aqua calida pluviali, & in ea aliquantulum sinitur subsidere, quæ postea effundenda, idque quater, quinquies vel amplius repetitur, deinde super marmor ducitur, donec exacte sit levigata, ac siccata reconditur.

Anacardorum
præparatio.

Anacardi triti macerentur in aceto diebus septem, octavo coquantur lento igne ad medietatem, colentúrque per linteolum. craßities in eo remanens sunt anacardi præparati, colatum autem acetum cum melle coctum ad mellis craßitiem, vocatur mel anacardinum, de quo superius.

Argenti Spumæ
sive Lithargyri
lotio.

Diversi sunt modi lavandi lithargy-

argyrum, sed sequens in Italia & alibi est receptiss. Tenuiss. huius pulvis denso linteolo transmissus in catino cum salis communis triti dimidio in marina aqua vel communi, quę digitis quatuor superemineat, maceretur diebus decem, semel vel iterum per diem rudicula totum agitando ac commiscendo, ne durescat in lapidem. ultimo abiecta tota aqua salsa conteratur in mortario, deinde bis in die abluatur semper nova aqua dulci affusa toties, dum omnem deposuerit salsedinem, & candidum evaserit, ex quo siccato formentur offulæ & reponantur in longum tempus, servantur enim ut metallica.

Huius multus est usus ad unguenta, præsertim ad id quod è Solano fit.

Argenti Spumæ sive Lythargyri compositi præparatio. Vulgo vocant Lac virginis.

℞ *Aceti fortis libras quinque.*
Litharg yri auri,
argenti, ana unc. quatuor.

Lithargyrum tritum & aceto probe commixtũ per alembicum destilletur, & quod effluxerit servetur, deinde

℞ *Aluminis plumei,*
Salis gemmei, an. drachmam unam.
Thuris masculi unc. semis.
Camphoræ scrupul. duos.
Aquæ Rosarum lib. unam.
Olei Tartari uncias sex.

Quæ terenda sunt terantur, & rursum per alembicum aqua eliciatur.

Quod si utriusque aquæ destillatæ guttæ binæ vel plures in volam manus effundantur, ac maculis & infectionibus illinantur, exiguo cum morsu auferentur.

Auri præparatio.

Aurum purum, non de medietate, ut vulgo vocant, in bracteolas sive folia tenuiss. mallei percussu ductum, super marmore Porphyrio in pollinem teratur cum aqua rosacea odoratiss. in qua gummi sit dissolutum. Levigatione absoluta in patinam transferatur, aliaque rosacea vel cordiali aqua affusa toties lavetur, donec gummi omne auro sit lotura detractum. Tandem aurum in fundo subsidens, diligenter colligitur. Cavendum autem plurimum, ne aurum pereat.

Hunc pulverem, si alicui Medicamento composito aurum admiscendum fuerit, absque aqua, affuso paulatim Iulepo, subtiliss. terere possumus. Huncque modum plurimum commendat Ficinus. Aliqui bracteolas absque omni liquore cum momento tantum pulveris alicuius, qui alioqui ad compositum assumitur, permistas accurate terunt.

Antispodiorum præparandorum ratio.

℞ *Eboris selecti in aliquot particulas dissecti libr. unam.*

Ponantur in novum & nondum crematum fictile & crudo operculo tegantur, ac vas luto figulino diligenter oblinatur, postea imponatur fornaci figulinæ & cremetur, donec alia fictilia fuerint percocta, tandem exemtum ebur in tenuiss. pulverem teratur & cribretur, ac affundantur ei in patina vitrea aquæ Rosaceæ libræ duæ, ac rursum exiccetur, deinde secundo teratur & totidem iterum libræ aquæ Rosaceæ affundantur. Tertio etiam teratur & admisceatur aquæ rosaceę libra una, in qua diligenter dissolutæ sint Camphoræ tritæ subtilissime drachmæ quatuor. Levigentur omnia in tabula marmorea duriss. & formentur Trochisci reponendi in vase bene obturato ne expirent.

Porro si Ebur haberi non poterit, loco eius accipiatur Cornu Cervinum & similiter pręparetur. Est enim hoc quoque efficax medicamentum ad multa, præsertim contra venena.

Notandum Apicem fictilis debere aurei nummi magnitudine esse apertum, alioqui non candidum sed nigrum fit Ebur.

Dioscorides parat ex foliis Myrti cum floribus ac fructibus adhuc immaturis in fictile crudum conjectis, indito operculo continua foramina habente & coctis in fornace donec figulinum percoquatur, deinde in alterum fictile translatis & ad eius coctionem recoctis, demumque ad usum lotis.

Fit simili modo ex termite sylvestris oleæ, aut, si desit, sativæ cum floribus vel aliis similibus.

Avellanarum præparatio.

Avellanæ ablato cortice extimo duro, in vase aliquo stannato furfuribus additis spatula supra ignem tamdiu agitantur, donec calore omnis ipsarum humiditas interna sit absumta, deinde pellicula, qua tegũtur, ipsis detrahitur. Cavendum autem ne deurantur. Adhibentur ad Diasenę Nicolai.

Boli Armeni præparatio.

Separentur sordes omnes & arenulæ aqua Rosacea, ut ter vel amplius perfusus siccatusque tandem purus evadat. Alii pro Rosacea acetum adhibent: quidam pestilenti tempore vino primum abluunt, postea Rosacea

ſacea vel ſimili aliqua accommodata aqua. Sunt etiam qui compoſitam adhibeant, de quibus videndi libelli de peſte conſcripti.

Calcis vivæ ablutio.

Trita calx in catino copioſa aqua dulci miſcetur potiſs. tempore Canicularium, & multum agitatur, cumque in fundo reſederit, mutatur aqua, ac com miſcetur denuo, atque id repetitur ſepties vel octies, & quidem auxilio panni iſtius quod feltrum ſive filtrum vulgo vocant, id facere poſſumus. tandem roſacea affunditur & ſiccata aſſervatur.

Cancrorum fluviatilium uſtio.

In ænea patella ad ignem non vehementem ſed temperatum poſita, vivi cancri, ſole in Leone exiſtente, ut tradit Dioſcor. & Galenus, aſſantur, donec in tenuiſs. pulverem redigi poſſint, duratq́; hic pulvis in ſicco loco & pyxide munda reconditus per integrum annum.

Obſervandum autem, cum hic pulvis à tota proprietate ſit efficacisſimus contra morſum canis rabidi, ne pro veris cancris fluviatilibus (quos Germania non habet, ſed plurimi reperiuntur in Hetruriæ fluminibus, quo in loco appellant vulgo Granchos) accipiamus noſtros gammaros ſive uſitatos Cancros, qui nihil ad rem faciunt, atque ideo hic pulvis ex Italia peti debet.

Cantharidum præparatio.

Fictile patuli oris terreum cantharidibus ferme plenum, rariſs. linteolo obductum, inverſum alteri vaſculo, in quo acerrimum ferveat acetum imminens ſuſpendatur tamdiu, donec aceti ferventis vapore Cantharides omnes enecatæ fuerint, quæ in fictili ſicco, charta pergamena bene clauſo, exiccentur, ne aër ipſas contingat. & ſic ad annos ſex durant.

Chalybis præparatio.

Chalybis tenuiſs. ſcobem elimatam abſque omni ſorde in aqua clara manibus diligenter confricatam, ſępiusque aqua renovata eo usque dum aqua per ſe non inficiatur accipimus, poſtea quater ignitã extinguimus, in aceto acerrimo, & exiccatam recondimus. vel ei affundatur tantum aceti ut tota madeat in eo, ac diebus triginta macerari permittatur, deinde teratur

ſupra porphyritem vel aliud marmor durius, & exiccata recondatur.

Ceruſſæ ablutio.

Ceruſſa candidiſs. & quæ ſit ſine omni aſperitate, trita in phiala aliqua humectatur aqua copioſa atq; aliquandiu agitatur ac diligenter commiſcetur. Deinde ubi omnis in fundo ſubſederit, aqua leviter effuſa, factaque agitatione & reſidentia mutatur aqua, quo quinquies vel ſæpius repetito, paſtilli formantur vel offulæ, ut de Lithargyro dictum eſt. Quod ſi ad Collyria uſurpanda fuerit, eodem modo abluitur aqua roſacea vel ſimili.

Chalcanthi uſtio.

Vritur Chalcanthum eodem modo, quo & alumen liquidum, quod aliis rochæ dicitur.

Colocynthidis præparatio.

Trochiſcorum Alhandal confectio, eſt Colocynthidis vera præparatio.

Coriandrorum præparatio.

Coriandrorum ſemina ante annum collecta acri aceto tribus diebus macerantur, deinde ſiccata reponuntur. Alii ſemina ex aqua diligenter lavant & eadem puriſs. ſæpius mutata macerant triduum, pôſt aceto optimo quatriduum idem repetunt, & tãdem paribus portionib. ſucci dulcis malorum Cydoniorũ & Aquę roſaceę rurſum per dies tres hoc agunt, ſæpiusq́ue inter macerãdum manibus verſant. inſolata poſtea & bene exiccata ad uſum reponunt.

Eſulæ præparatio.

Eſula tam major, quã minor, quam Cypariſſium Tithymallum multi eſſe volunt, præparatur eodem modo, quo Mezereon. Aliqui per triduum macerant.

Euphorbii præparatio.

Antequã teratur, aliquot guttis olei recentis Amygdalorum dulcium irrorari debet. Alii adhuc diligentius ita præparant. Recipe Euphorbii

phorbii colore palearum & claro, quod annū primum excesserit, usque ad quartum, uncias quatuor, vel quantum voles. pulverisetur subtiliter, ac in lapide cum oleo Amygdal. dulcium quantum satis fuerit fricetur instar collyrii, deinde massa ista in pomo Cydonio vel Citrio excavato imponatur, & pasta panis obvolvatur, ut in Scammonii præparatione fieri solet, ac coquatur in fornace quantum sufficit. Vltimo Euphorbium eximatur & in vase vitreo bene obturato servetur aut in massam redigatur.

Gersæ sive Cerussæ Serpentariæ faciendę modus.

℞ *Radicum siccarum Serpentariæ majoris sive Dracunculi veri, vel loco eius radicum Ari, uncias tres.*

Detrahatur cortex exterior ut albescant, terantur subtilis. & infundantur in aquæ Rosaceæ unciis quatuor, exiccentur deinde ad solem in vitrea patina, linteolo contecta. Idem secunda & tertia vice repetatur. postremo exiccatum hunc pulverem cum vino odorato redigimus in Trochiscos, qui exiccati recondantur in loco sicco.

Assumitur ad unguentum citrinum & reliqua quæ ad nitorem faciei parantur.

Major pars in Italia hac ratione parat.

Ex radicibus Serpentariæ ablato nigro cortice in lapideo mortario contritis succus extrahitur, vel linteo cannabino inclusæ torculari subjiciuntur, expressus in catinum tenui linteolo contectum imponitur ac ad solem exiccatur, donec evadat similis Cerussæ. Reconditur ut prior, ac durat uno anno.

Hellebori nigri præparatio.

Radices huius, ablata lignosa medulla si qua adest, macerētur biduo in calido succo Cydoniorum, deinde exiccentur, & infigātur tāquam claviculi in pomum integrū Cydonium, quod cruda frumentacea pasta involutum coquatur in clibano, donec pasta sit percocta. refrigerato pomo, exemtæ radices & siccatę reponantur in loco sicco. Durant biennium. Alii radices, quib. est de-

detracta pars lignosa succo Cydoniorũ diem integrum macerant, & siccatas reponunt: verum prior modus habetur pro meliori.

Hirundinum
Vstio.

Pulli hirundinum ita jugulentur, ut sanguis effluens super ipsas alas decidat, trito sale aspergantur ac in novo fictili oris angusti vitreato & luto chymico bene clauso, in furno urantur, cinisq́; in vase vitreo bene obturato servetur.

Hunc modum tradit Mesue in Capite de Angina.

Estq́; remedium haud contemnendum in Synanche, si hic pulvis per cannulam insuffletur in fauces.

Iecoris Lupi præparatio.

Lavetur vino odorato, in quo nonnulli prius Absynthii aliquid incoquunt. lotum ollę novæ inditum in furno diligenter exiccetur, non autem aduratur. exiccatum cum Absynthio recondatur in sicco loco. Quidam priusquam exiccent, pulverẽ Santali flavi aspergunt.

Intestini Lupi
præparatio.

Intestinum secundum longitudinem scissum & transversim in frustula divisum lavetur vino odorato, in quo ruta & fœniculum cocta sint, postea exiccatum ut jecur lupi repone in loco sicco, involutum foliis rutę siccæ.

Laccæ abluendæ
Modus.

Laccam (quam plærique Cancamum esse putant) modus abluendi qui passim à scriptoribus traditur, admodum absurdus est, & qui eum primus invenit, Laccæ naturam penitus ignoravit. Nam quicquid purum, sincerum, & efficax est in Lacca, illud aquę miscetur: eam illi dicunt abjiciendam esse, & quod remanet in Trochiscos formandum, hoc est, calculos, ligna & sordes. Nos vero rectiorem modum trademus.

℞ *Aristolochiæ longæ,*
Schœnanthus, ana uncias duas.

Decoquantur in aquæ libris tribus aut quãtum sufficit, donec remaneant libræ duæ. Colaturæ inspergantur.

Laccæ integræ selectæ lib. una, unc. quatuor.

Decoquatur Lacca deinde lento igne, donec aqua fiat coloris sanguinei, & quicquid in Lacca boni fuerit dissolvatur, tum per filtrum aut

aut laneum pannum coletur, & remanentes ſordes abjiciantur. excolatam vero & ſanguinei coloris aquā lentis prunis in duplici vaſe usque ad mellis conſiſtentiam coquimus, ac tepidam maſſam in Trochiſcos formamus.

Margaritarum præparatio.

Margaritæ candidæ ſelectæq; in mortario & cum piſtillo porphyritico affuſa aqua roſacea odoratiſs. tamdiu molantur, dum in tenuiſs. pulverem redactæ fuerint, & inditæ ori ſub dentibus ſtridorem nullum amplius pariant. poſt ſubſidentiam aqua effuſa relicto limo fiant offulæ, & reponantur in vaſculis vitreis.

Eadem ratio obſervanda in Coralliis, & lapidibus precioſis.

Medullarum præparatio.

Medullæ tempore ut plurimum autumnali ex oſſibus recentibus collectæ laventur, & in duplici vaſe, ſecundum eum modū quem tradidimus de adipe, liquatæ reponantur: ac durant æquali cum illis tempore.

Mezerei præparatio.

℞ *Foliorum MeZerei quantum libuerit.*

Macerentur in aceto vini horis viginti quatuor, poſtea exiccentur. Cum vero uti illis voluerimus conterantur & inter contundendum abjiciantur venæ & nervi.

De MeZereo conſulatur Doctiſs. Coſtæus in Commentariis ſuis ad Meſuem, ubi indicat quantopere adhuc de MeZereo, Chamelæa & Thymelæa dubitetur. Volunt tamen aliqui Germanicam Chamelæam, id eſt, Zeidelbaſt/ *nonnullis Daphnoidem pro hoc poſſe ſubſtitui. Quidam docti Medici jubent, ſive hanc uſurpemus, ſive veram Chamelæam, itemque Thymelæam Italicam ac Laureolam, nec non Coccum Cnidium ſive fructum Thymelææ, ut non prius in uſum transferantur, quàm triduo aceto acerrimo ſingulis quibusque vigintiquatuor horis renovato fuerint macerata, & poſtea aqua fontana optime bis térve lota, & in umbra reſiccata ac bene trita.*

Oeſypum faciendi modus.

Lanæ ſuccidæ, hoc eſt, nōdum purgatæ, quę ex collo, coxis & alis ovium defatigatarum fuerit detonſa, affundatur aqua fervens pluries, & lavetur diligenter, quousque omnem ſuam pinguedinem in aquam depoſuerit. Poſtea expreſſa lana

ſeponatur, & aqua illa pinguis & ſordida ex vaſculo aliquo diutiſs. ex alto fundatur & refundatur, donec ſpumoſa fiat, ac tum ſpuma ſinatur ſubſidere, & colligatur aquæ innatans pinguedo, iterumque aqua refundatur, donec ſpumet, ac ſubſidens pinguedo auferatur, quod tam diu fiat, donec non amplius ſpuma appareat & nulla concreſcat ſupra aquam pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum ſpuma in aqua pura manu ſubigendo lavare, ſordesque immixtas ſæpius aquam renovando auferre debemus, donec pura effluat, & pinguedo linguæ admota non mordeat, deinde reponatur in fictili denſo, loco frigido.

Oeſypus hic veterum corrupto nomine vocatur Hyſopus humida, quem ut recte præparatum habeant pharmacopœi, operam dare debent.

Olei lavandi modus.

In phiala magna vitrea, quæ vulgo vocatur boccia, collum habente longum unum brachium, & continente libras ſex vel octo liquoris, infundantur duæ partes aquæ ferventis, & una olei, deinde agitentur omnia diligentiſſimè donec optime miſceatur oleum cum aqua, & tota illa materia candida fiat. Liquor albus factus tollatur è phiala & ponatur in catino ſub ſole, ibique detineatur usque dum ſeparetur oleum ab aqua, quod ubi ſeparatum fuerit colligatur magno cochleari & aſſervetur.

Mercurial. de Compoſ. Medicament. lib. III. cap. XVI.

Plumbi lotio.

In plumbeum mortarium infundatur aqua pluvialis, & piſtillo plumbeo aliquot horis agitetur, donec aqua acquirat colorem lividum & in limi modum craſſeſcat, deinde per lineum pannum ter quaterque coletur, & ſubſidere permittatur, quod ſubſedit exiccatum in paſtillos reponatur.

Plumbi uſtio.

Super tenuiſſimas plumbi laminas fictili novo inditas ſulphur inſpergatur, additisque aliis rurſum laminis interjecto ſemper ſulphure, donec

donec vas fuerit plenum, ignis ſuccendatur. Flagrante autem plumbo ferrea rudicula verſetur, donec prorſus redigatur in cinerem, nihilque plumbi inuſtum fuerit amplius relictũ, tum demum obſtructis naribus (ne ſulphuris vapor noceat) eximatur; lavetur poſtea ut Ceruſſa.

Hunc urendi modum Dioſ. quoque probat.

Lavetur autem ſæpius, nam ita caliditatem ab igne & ſulphure contractam facilius deponet.

Pulmonis Vulpini præparatio.

Pulmonem Vulpis recentem, extracta aſpera arteria, vino odorato, cui Hyſſopus & Scabioſa incocta ſint, diligenter lavamus, lotum ollę impoſitum ſiccamus in loco arido inſtar jecoris lupini, néve putreſcat Abſynthio, vel marrubio ac hyſſopo involutum reponimus.

Sanguinis Hircini præparatio.

Hircum mediocris ætatis, utpote quadriennem non ſeneſcentem, boni habitus, domi alere debemus, & per menſem vel ad quadraginta dies nutrire herbis calculum frangendi vim habentibus, ut petroſelino, liguſtico, hedera, ſaxifragia, fraxino, apio, pimpinella, fœniculo, ſerpillo, lithoſpermo, foliis lauri, & inprimis hedera terreſtri ac ſimilibus, (in Italia pro magnatibus inſuper vinum illi quandoque exhibent.) Juguletur deinde diebus Canicularibus: ſanguis qui medio loco effluxit, priore & poſteriore abjecto tantum excipiatur: ubi concrevit aqueũ ichorem ab eo ſeparamus. grumi vero in plures partes ſcindãtur pilo aut ſeta equina, qui ſupra ſetaceum cribrum extenſi & linteolo tenui tecti ſiccentur in furno tepido. alii loco furni ita diligenter ſindone obvolutas aëri & ſoli exponunt donec probe exiccentur. Condantur in vaſe bene clauſo, loco ſicco, & ſerventur in annum.

Scammonii præparatio.

℞ *Scammoneæ optimæ uncias quatuor.*

Conteratur in ſubtiliſſ. pulve-

rem, deinde aspergatur illi olei Violacei optimi parum, ut fiat massa. postea excavētur aliquot Cydonia mala majora, & in cavitatem eorum imponatur massa Scammoneę, & rursum obturentur foramina Cydoniorum. tandem assentur in furno unà cum pane, donec Cydonia perfecte sint assata, deinde eximatur Scammonea, & imponatur sequenti diluto.

℞ *Carnium Myrobalanorum Citrinorum unc. unam.*
Succi Cydoniorum unc. quat.

Conterantur Myrobalani & misceantur cum calefacto Cydoniorum succo, & stent in infusione horis viginti-quatuor, deinde leviter colentur, Colatura vero infundatur Scammoneæ & optime simul misceantur, postremo in loco calido exiccentur, & exiccatū Scammoneum, quod vocamus Dacrydium, sive, ut vulgo nominant, Diacrydium, reponatur.

Alii exiccatum post colaturam terunt in pulverem, ex quo cum Mastiche in ol. Rosac. dissoluta formantur Trochisci.

Scammonii præparatio alia facilior jam usitata.

℞ *Corticum Myrobalanorum Citrinorum, unc. unam.*
Succi Cydoniorum unc. octo.

Fiat infusio per diem & noctē, & fortis expressio. In Colatura dissolvatur

Scammonii pulverisati libra una in mortario calido,

Et formentur Trochisci cum oleo Amygd. dulc.

Scyllæ præparatio.

Scylla magna albicans, non putris, nec flaccida, abjectis exterioribus aridis tunicis involvatur undique massa sive pasta pistorū unde panis fit, & in furno donec panes percocti sint, assetur. postea singulæ eius tunicæ, excepto tamen meditullio quod abjicitur, filo trajiciuntur, ut se invicē non contingant, ac in loco sicco suspenduntur. Porrò Scylla nō est incidenda ferreo aliquo cultro, sed è ligno solido aliquo, nam contrahit è ferro venenosam aliquam rubiginem.

Ad acetum Scylliticum & alios usus huius laminæ sive tunicę, in parva segmenta cultro eburneo vel ligneo dissectæ, atque acu pariter eburnea vel lignea trajectæ, filoque modicis intervallis, ne se mutuo contingant, in umbra diebus quadraginta appensæ siccantur.

Sunt qui etiam ad rubrum tendentes Scyllas, quales fermè ad nos afferuntur, quamvis virib. nonnihil sint infirmiores, ut de Pancratio quod subrufum Dioscorid. esse scribit, intelligitur, non negligant.

Serici Torrefactio.

Folliculi Serici eiusdem anni, vel potius recentiss. exemtis bombycibus adhuc viventib. incisi, in ollam novam impositi siccantur in furno tepido, dum possint in mortario conterendo in pulverem redigi, non autem in cinerem, qui servetur in vasculo vitreo obturato.

Serici eiusdem tinctura.

Vt Cocci sive grana tinctoria purpureum contrahant colorem, sericeorum folliculorum recentium minutissima segmenta ad libram unam, viginti quatuor horis maceranda injiciuntur semel ferventi decocto parato ex libris quinque stillaticiæ aquæ Buglossi, in qua bullierint pulveris tenuis Grani tinctorii unciæ quatuor. semel iterum fervent, nec prius extrahũtur, quam colorem requisitum cõtraxerint. extracta siccataque servantur ad usus. Alii ut vividiorem contrahat colorem Sericum, folliculorum recentium & mundatorũ, ac minutim incisorum libram unam ferventi acido liquori puro Citriorum horis viginti quatuor, vel (ut alii volunt) pluribus maccerandã immittunt, post unicum fervorem factum rursum eximunt: exemtũ dum adhuc liquore madet Sericum stillaticii liquoris Buglossi lib. quindecim Cocci Baphicæ sive Grani tinctorii tenuiss. triti tribus vel quatuor unciis mistis & calentibus, sed nondum ferventib. injiciunt, ut simul cum ipsis per horam in lapideo vase ferveat & coquatur, coquendoq; purpureo colore exacte inficiatur, quod exiccatur & usui servatur.

Notandum autem Sericum arte infectum coloribus ad Medicamenta interna nullo modo esse assumendum.

Terebinthinæ coquendæ modus.

℞ *Terebinthinæ aut eius loco Laricinæ, quam Terebinthinam vulgo vocant, libram unam.*

Affundantur ei aquæ libræ vigintiquatuor, & coquantur in magno vase donec odorem amittat & inspissetur, adeo ut refrigerata digitis in pulverem teri queat. Hoc modo cocta assumitur in quædam unguenta, olea, &

in Trochiscos Cyphi, qui pertinent ad Mithridatium.

Tutiæ præparatio.

Tutia Alexandrina Arabum est Græcorum Cadmia, Botryites Dioscorid. Quidam accipiunt Vicentinam.

Lavatur autem cum aqua Rosarum, & in marmore tritam levigant.

Patavii & alibi in Italia, Vicentina linteolo mundo ac denso inclusa ac ligata in vase aqua clara pleno huc illuc agitatur & diducitur, ut tenuior ac melior eius pars in aquam effluat, crassiori in linteolo relicto. Cum resederit, abjecta aqua molitur in marmore ex aqua Rosacea, cogitur in pastillos & servatur. Præparatur etiam sequenti modo:

In crucibulo (ut vocant) candefacto extinguitur Tutia aqua rosarum, idq́ue ter, deinde teritur & super marmore levigatur, ut supra dictum est. Debet autē semper præparata & non cruda unguentis admisceri.

Vitri præparatio.

Accipe frustū vitri clari, subtiliter pulverisati ac cribrati, quod in ollula ferrea tamdiu ponatur super prunas, ut ferrum candescat, deinde extinguatur in acervo facto ex cinere stipitum fabarum. Quo facto iterum pulveriſetur & rursum ignitum in priore acervo extinguatur, idque toties repetatur, donec optimè in cinerem sit redactum. Id apparet quando non amplius resplendet, & inter digitos attritum non sit asperum, inque os sumptum dentibus non sonitum edat. Hic cinis vitri in marmore Porphyretico subtiliss. pulverisetur, & ita intra corpus utiliter usurpari potest.

Atque hunc modum comburendi Florentiæ & alibi observant. Avicenna alium tradit, quem Fallopius in libello de Metallis non probat.

Acacia Succedanea.

Acacia vera apud nos non potest confici, sed necesse est ut ex Aegypto & aliis locis afferatur. Pro ea sumunt pharmacopœi ferme ubique succum prunorum sylvestrium, sed hæc, quam describemus, propius ad veræ Acaciæ vires accedit.

℞ *Sem. Tamarindorum,*
Rhois sive Sumach, ana libras duas.

Contundantur & affundantur illis Aquæ pluviæ libræ octo vel quantum satis fuerit. Postea coquantur, donec tertia pars aquæ remaneat. excolatam deinde aquam cum albuminibus ovorum clarificamus & despumamus, despumatā deinde iterum coquimus supra lentas prunas ad justam consistentiam, ac tandem usui servamus.

MEDICAMENTORVM COMPOSITORVM VIRES QVOAD EORVM ÆTATES, ET DVRATIONEM.

SYRVPI.

Non solent asservari ultra annum, vel ad summum duodecim menses, quamvis eorum nonnulli diutius perdurent, sed fiunt nonnihil imbecilliores, nisi admodum sint aromatici.

CONFECTIONES IN FORMA SOLIDA.

Veteres magis probarunt, & præsertim Mesues, hæc fieri in forma liquida, instar Electuarii, quia hoc est magis efficax, cum plus specierum recipiat, & in tabellis facile caries accedat. Quapropter diligenter pharmacopœi pulveres sive species asservant, ut semper recentes confectiones, utpote efficaciores, parari queant.

ELECTVARIA ALTERANTIA.

Dulcia per annum quoque integrum asservantur, amara vero & aromatica, duobus annis, quandoque etiam ad quartum, si ex arte parata & studiose reposita fuerint.

Antidota opiata parva ad sex annos & ulterius rite confecta & diligenter asservata durant, verum intra sex menses primos non in usum transferuntur.

Antidota magna, ut Theriaca & Mithridatium, integris viribus usque ad triginta annos, deinde imbecilliora ad quinquaginta, & ferme ad sexaginta durant: sed nec hæc ante sex menses usurpantur, nisi Medicus peculiariter hoc jusserit.

LENITIVA VENTRIS INFERIORIS.

Cum sua natura sint debilia ad alvum laxandam, ideo per annum solum, vel ad summum per quindecim menses valent.

PVRGANTIA.

Servantur hæc quoque vix ultra quindecim menses, quod si observatum fuerit, non ita facile Medici in debita illorum dosi aberrarint.

PILVLÆ.

Ad dosin constitutam integris viribus per annum durant, & aliquanto ulterius, exceptis illis, quæ opium recipiunt, hæ enim ad quartum annum sunt efficaces.

ECLEGMATA SIVE LOOCH.

In quorum compositionibus nec nuclei & Amygdala, neque semina ut Melonum accipiuntur, possunt ad annum unum asservari.

Quæ vero hæc admittunt, vix ultra sex menses absque vitio rancitidatis permanent.

TROCHISCI.

Hi omnes cum teredinem sensisse percipiuntur, judicandi sunt evanidi & inutiles, licet forte ob ætatem adhuc recentes sint.

Sic

Sic Trochisci ex aromatibus constantes, cum in eis odorum fragrantia vel aromatum sapor legitimus non percipitur, obsoleti sunt.

Qui vero semina facile rancescentia in se continent, ut melonum ac similium, post sex menses vires amittunt. Alii vero ab his rite compositi anno integro ut plurimum sunt efficaces, postea evanescunt.

Ex gummis ac metallicis potiss. compositi, possunt etiam ultra annum perdurare.

PVLVERES.

Idem sit judicium de pulveribus, quod jam de Trochiscis fuit.

CONSERVÆ.

Ex floribus per annum solum, ex radicibus vero & fructibus factæ ad duos annos vel etiam paulo longius, si cum aromatibus sunt factæ.

VNGVENTA, CERATA, EMPLASTRA.

Hæc ut plurimum quoque per annum asservari solent. Cavendum autem ne rancida ac imbecilliora facta nos quandoque fallant. Emplastrum de pelle arietina, Diapalma sive Diachalcitidis, Diapyritis, & huiusmodi nonnulla alia, quæ compactiora sunt, pluribus annis durant.

OLEA.

Olea per expressionem facta, quorum vis est refrigeratoria, ut quæ ex seminibus papaveris, cucurbitæ ac similium parantur, non multum durant in suo vigore ultra tres menses. Oleum ex immaturis olivis ad annum asservari potest,

Quę vero ita temperata sunt, ut circa primum gradum caloris consistant, ut Amygdalinum, ex pineis & similibus facta, si per os exhibenda sunt, debent esse recentiss. sin exterius illinenda, per unum atq; alterum mensem servantur.

Calida ultra primum gradum, si bibenda sint, recentia quoque esse debent, ut nullum acorem aut rancorem contraxerint: illinenda vero possunt durare aliquot menses.

Olea per impressionem facta simplicia, tam frigida quam calida circa primum gradum, ut quæ ex floribus vel herbis vel fructibus, vel etiam animalibus fiunt, durant integro anno, post quod tempus frigida sunt nullius usus, calida vero possunt renovari.

Quæ ex gummis vel aromatibus calida sunt in secundo & ultra secundum gradum, recte parata & diligenter servata, durant ad annum tertium, si tamen conservent odorem ingredientium. Oleum vulpinum & ipsum tertium annum potest attingere, nisi fortè e succo vulpis interea malum odorem conquisierit.

Calidiora olea composita tamdiu durant & usui sunt, quamdiu Aromatum odorem conservaverint.

Olea per destillationem ex lignis, gummis vel metallicis extracta, non ita cito senescunt, & per aliquot annos durant. Quod si lentorem aliquem contrahunt, facile possunt renovari. Ex his oleum [de] lateribus quo fuerit vetustius, eo etiam præstantius judicatur.

* *
*

COMMEN-

COMMENTARIOLVS

EX SCRIPTIS D. IACOBI SYLVII MEDICI PARISIENS. PRO INSTRVctione Pharmacopolarum, jam auctior editus.

DE SINGVLORVM MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM EXACTO DELECTV, COLLECTIONIS TEMPORE legitimo, Repositione commoda & Duratione eorum.

De Radicibus.

RAdices evellendę sunt, cum medicamētosæ sunt maximè. Quæ dos omnibus eodem non inest tempore, sed aliæ alio vegetæ magis sunt, quanquàm sunt qui putent omnes radices legendas autumno, ubi folia deciderunt: alii veris initio, priusquàm in folia aut caulem erumpant. Omnes tamen integrę sunt, si fieri potest, vellendæ, & unaquæque in solo & cœlo naturæ ipsius maximè familiari, bene nutritæ, bene habitæ, non præ alimenti copia enormes, neque ob inopiam strigosæ, tenues, rugosæ: mox aqua lavandæ, & radiculis portionem quādam alimenti repetentibus, & stolonibus etiamdum trahentibus, purgandæ: pòst (nisi utendi recentibus aliqua incesserit vel commoditas vel necessitas) siccandæ: quædam umbra & vento, ut apii, fœniculi, iridis, & quæ aliæ sunt vel minores, vel sicciores, vel rariores, quarum vires sol ceu ignis promptè dissipet: quædam contrariæ dictis sole & vento, vel igni siccantur, si cœlum est nubilum, aut hyems: & sæpe versandæ, ne mucidæ aut putridæ fiant, ut bryoniæ, gentianæ, mandragoræ, rhei pontici. Si verò siccatis citò est opus, patellæ ignitæ impositas sæpe versandas siccabis. Quædam item integræ siccantur, ut gentianæ, aliæ in taleolas dissectæ, ut iris, aliæ lignosa matrice (sic enim cor plantarum Gaza ex Theophrasto vocat) ademta, ut fœniculi, petroselini, apii. Deinde reponuntur loco non insolato, nō infumato, non humido, non pulverulēto, sed sublimi, puro, sicco, aut septentrionem, aut potius meridiem spectante, præsertim quando hunc plantæ quædam adhuc humidiores requirunt, modò non flent austri. Eædem quamdiu vegetæ adhuc sunt servandæ, parvæ scilicet ac tenues & raræ, ut asari, asparagi anno tantum, quamvis elleborus uterque etiam triennio servari possit, ut magnæ & crassa essentia præditæ, bryonia, rheonponticum, aristolochia, gentiana. Hæc autem tria, colligendi tempus legitimum, repositio commoda, & duratio, non in radicibus solis observanda sunt, sed etiam in aliis plantarum partibus, atque adeò quibusdam animalium aliquorum partibus, ut sanguine hircino, hepate lupi, pulmone vulpis, vesica apri. Properteà chamæpityn, chamædryn, thlaspi, centaurium, polium, hypericum, aliaque florentia capiebat Galenus, theriacen, vel aliud medicamentum compositurus, non sole æstivo siccata, neque dum fructus eorum adhuc crudi & imperfecti sunt. Iubet idem continua speculatione cognoscendum, quando fructus sunt futuri, quando æduntur, quando augentur, quando denique vigent. Quo tempore potissimum eos commodè decerpas, & in siccis domunculis re-

positas custodias, ne à solis radiis urantur, neque humiditate à tecto, vel muris madefiant. Ob id domo non vult subterranea eos reponi, nec aliis vicina, neque sub tegulis, sed horum media, quæ hostia meridiem spectantia habeat, prope quæ tamen medicamenta ne reponas. Omnia igitur legenda, quando summarum sunt virium, & accusandi tum mercatores, tum herbarii, qui radices, liquores, succos, flores, germina, fructus extra anni tempus carpunt, & in urbes conferunt. In quibusdam & astrorum observatio valere putatur. Pæoniæ enim radix ad epilepsiam legenda decrescente luna quibusdam videtur, & alysson sub æstu Caniculæ vult legi Galenus, ut Aeschrion cancros fluviatiles capi contra rabiem, unde est herbæ nomen, tanquam vis quædam illis contra rabiem à sydere accedat, rabiem canibus afferente. Plantas item calidas ex calidis regionibus, & ex harum editis & siccis locis, ut Cretæ montibus, præfert Galenus.

De Herbis.

Quæ prius in radicibus dicta sunt de collectione, repositione, duratione illarum, ad herbas etiam transferri possunt, nisi quod his ferè recentibus utimur, quibusdam omnino, ut portulaca, lactuca, buglosso, atriplice, beta, brassica, acantho, nasturcio, helxine, mercuriali, viola nigra, intybo, fumaria, hyoscyamo, mandragora, & aliis permultis: Quibusdam verò recentibus utimur, quando his mitioribus opus est, ut ruta, mentha, absynthium, abrotanum, recentes minus calent ob mistam humiditatem excrementosam, siccatæ verò calidiores sentiuntur, & fumaria recens minus alvum subducit, magis sicca.

Colliguntur ferè cum floribus herbæ, aut seminibus. sic benedictus carduus acanthium putatus, centaurium parvum calaminthe, chamædrys, chamæpitys, daucus, fumaria, majorana, polium, pulegium, origanum, serpillum, thymus. aut saltem cum vigent folia magnitudine, odore, colore, præsertim quæ cacumini sunt propiora.

Siccantur in umbra magis, nisi quæ scapo sunt crassiore, aut folio humidiore, & ob id apto putrere. Vbi probè sunt siccatæ, reponuntur uti radices, sed minus diu servari possunt, ob id quotannis mutandæ.

De Floribus.

Flores ut plantarum partes reliquæ leguntur, cum maximè vigent, ut capparis in gemma, rosa expandi cœpta, reliqui ferè aperti. Sed haud ita pridem & ex quibus vis nondum exhalavit, siccantur sole magis minus, pro varia ipsorum natura. quidam siccandos volunt, donec ex ponderib. decem unicum supersit. Reponuntur ut alia, quotannis mutantur, quamvis schœni anthos etiam decennium efficax servari possit, chamæmelum item diu vegetum est, ob fortem partium suarum mistionem.

Flores & omnia quæ jucundum odorem efflant, arculis tiliaceis nullo situ obductis reponuntur.

De Seminibus.

Legenda sunt semina, cum sunt matura, & fructus quibus includuntur maturi. Maturi autem sunt, cum simile possunt procreare, ut Arist. lib. de affectibus mistorum docet. Semina verò quotannis mutare præstiterit, etiamsi plæraque diutius servari possint.

Vt recte perennent, charta aut foliis apte involvantur.

De Fructibus.

Fructus ut maturi decerpantur necesse est.

De Corticibus.

Cortices ut recondantur eximere cõvenit, cum herbę suis foliis exuuntur. siccantur etiam expurgatæ inibi, locis asperginem non redolentibus: sed cum luto aut pulvere sunt obsitæ, aqua elui debent.

De Succis.

Χυλὸς, id est, succus ex plantis totis, vel plantarum partibus concisis & tusis, tortulari vel manu, vel aliter expressus,

pressus, aqua interdum aspersa, aut vino, aut liquore alio, vel recens usurpatur, vel vase, aut loculamento aliquo reponitur, hicque vel liquidus, vel siccus. Liquidus item aut per se servatur, ut vinum, acetum, aut misto sale, ut omphacium, oleum, aut superfuso phialæ oleo, ut succus rosarum, granatorum, limonum, Cydoniorum, sambuci, ebuli, & similium, aut sole, vetustateve, aut igni per se siccatur, ut succus glycyrrhizæ, opus Cyrenaicus, scammonium, aut coctione cum melle, vel saccharo ad justam crassitiem facta sole vel igni, ut in plurimis syrupis audies. Qui verò succi sine melle (aut saccharo) reponuntur, plurimum corrumpuntur, nisi igne diutius cocti, aut sole æstivo usque ad mediocrem crassitiem siccati fuerint. Iidem temporis spacio sicciores evadunt, pluribusque annis servati, eo siccitatis veniunt, ut balaustiis similiter lævigari possint (quales sunt succus hypocisthidis, uvæ acerbæ, glycyrhizæ, centaurii, & alii propè omnes) qui verò ex his lentorem quendam natura habent, dilatantur magis, quàm lævigentur, nisi siccioribus multis mista horum parva portio. Portulacæ, sempervivi, cotyledonis, & aliarum similiter glutinosarum succus, præ lentore nimio per se non potest exprimi, cum omphacio probè trita herba exprimitur. alii tritas igni lento calfaciunt, alii tritas loco frigido, ut cella vinaria, vimineo vasi impositas in catinum subjectum destillare permittunt. Χυλὸς etiam, id est, succus, sæpe cum humore aliquo extractus ex partibus plantarum, ut semine psyllii, cydoniorum, lini, fœnigræci, lentorem, aut velut cremorem & muccorem significat, unde dictum est emplastrum διὰ χυλῶν, id est, de glutinosis quibusdam succis, diversum tamen ab eo, quod est de muccilaginibus, ut in compositis legis.

Liquidis medicaminib. densior materia argentea, vitrea, aut cornea convenit. Fictilis etiam, si modo rara non sit accommodatur, & lignea, præsertim è buxo, sed ænea vasa ocularіis medicamentis liquidisque &c.

De Lachrymis.

Δάκρυον, id est, lachryma seu humor ex planta sponte sua defluens, sive in gummi aquea res concrescat, sive in resinam liquescat, oleagina eius substantia. Arborum partibus præsertim truncis à germinatu incisis & scarificatis etiam resinas elicimus. Accensis autem arboribus resinosis, ut pinu, picea, larice, terebintho, teda, cedro, ex resinosa substantia igni parum siccata fit pix liquida, cui quod supernatat, pissanthum tenui consistentia & facultate est astringente, ob id caniciem sine ulla noxa tardat, ut pisselæum, id est, pix liquida cum olea mista, Gal. lib. 1. com. ph. part. Pissasphaltus autem est Mumia Serapionis. Si pix iterũ coctione siccetur, Palimpissa dicitur, sicca adeò ut pulverizari possit, qualis est Græca, etiam Colophonia, & Hispana, & Gallica dicta. Πίσσα βρύτια. lib. 8. com. ph. part. & Dioscoridi probatur & Lycia. Est etiam Dioscoridi ex iisdem arboribus resina liquida & sicca. Resina omnis calfacit, siccat, tenuium est partium, magis minus.

De Animalibus, & eorum partibus.

Sanguis hirci quadrimi, bene habiti, aliquandiu nutriti vino albo, fœniculo, seseli, lauro, & cæteris calculum frangentibus, Augusto mense jugulati, medius effluens (nam primus tenuior, postremus crassior putatur) vase vitreo receptus, tectus linteo raro, sole siccatus, etiam cum myrrha, foliis lauri, & similibus, calculum potenter frangere dicitur Tralliano, Avicennæ, & cæteris practicis.

Adipem & medullam stanneis vasis recondi convenit.

Medulla loco sicco & edito, & septentrionem spectanti reponitur, cum foliis lauri siccis, ne putrescant, aut situm ducant, quæ injuria in locis humidis meridiem spectantibus eis accidit.
sunt qui reponant bifariam
adipum modo.

ADVLTERIA SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM.

ACacia succo & carne prunorum agrestium repræsentatur dolo parum malo, cum utraque viribus conveniant.

Aloës crassæ partes & impuræ lotione separatæ, aqua marina & croco Mesuæ adulterantur, sed croci odor dolum aperit. Alii acacia, alii gummi immiscendo adulterant, tuncque minus est ad minima friabilis, & odor & sapor est alius.

Ambra pulvere ligni Aloës, styracis, ladani, ambræ largioris moscho in aqua rosarum soluto. Sed hæc manuum attritu multo ceu cera mollescit, vera non mollescit. Platearius.

Amomum planta amomide simili, sed inodora, ex Armenia delata seminis dissimilitudo vitium detegit.

Asphaltum, id est, bitumen pice mista Dioscoridi, licet adulterari non posse, ut neque carpobalsamum, neque xylobalsamum, scribit Gal. lib. 1. antid.

Ærugo multis modis adulteratur Dioscor. sed hodie syncerior videtur. si adulteratã suspiceris, notas ex eo repete.

Aeris flos de limata æris scobe.

BDellium adulteratur gummi, sed ita vitiatum minus est amarum, & suffitu odoratum, Dioscorid.

Balsamum, id est, opobalsamum, vitiatur terebinthina pauco opobalsamo mista, vel sine hoc, croco orientali & succo foliorum citri, vel oleo Nardino. De quo in opobalsamo plura leges.

Bitumen adulteratur pice. ut in Asphalto dixi.

CAstorium varie adulteratur, vitium autem facile deprehendes attentus notis, quas in vero & laudatiore castorio diximus, in partibus animalis medicamentosis.

Costus radice prædura Helenii Comagenii: sed odor Helenii minus vehemens, neque caput tentans, & sapor minus acer quam costi.

Crocus misto crocomagmate tunso, flore cnici, vel oleo & pulvere bresilii, ut vocant, qui fricando dolum detegit, vel sapæ sublitu & lithargyro, vel plumbagine ad pondus augendum. utrumq; minus odore vegetum est, præterea hoc est pulverulentum. Adulterati quoque croci color & odor celeriter evanescunt, veri diu permanent, Gal. 1. antidor.

Cassia odorata, corticibus capparis & radicis tamaricis mistis.

Camphora sive Caphura, gummi juniperi: sed hoc est minus odorum & durius, illa est friabilis, & odore valentiore. Platearius.

Caryophylli vetustate examinati vino pulverem optimorum charyophyllorum habente irrigantur, siccantur, foris solum charyophyllos olent, & vix ad dies decem, molliores sunt integris.

Carpobalsamum adulterari semine hyperici simili, quod Petra Palestinę oppido affertur, author est Diosco. adulterari tamen non posse affirmat Gal. lib. 1. antidor.

EVphorbium lacte hedino, sarcocollæ & glutini mistione conspurcatur, experientia veri est difficilis, nam Euphorbium levi gustu os diu accendit, ita ut omnia gustata Euphorbium resipiant. Idem injectum igni odorem edit fastidiendum. Dioscor.

Ebur ustum (quod cur spodium vocet vulgus non video) ossibus canis ustis vel albo marmore usto. id vero gravitate proditur, illud forma ossis, & linearum desiderio.

Galba-

GAlbanum mutatur resina, farina fabarum excorticatarum, hammoniaco, Dioscorid. ex cuius notis syncerum deprehendes.

Galanga acris cypero europeo insipido, vel salso, vel bistortæ (ut vocant) radice austera. si vero dictæ radices aceto pulverem veræ galangæ & piperis habente biduo, macerentur, foris solum Galangam referunt. Platearius.

LAdanum stercore caprino & pulvere nigro, id autem tractando non mollescit, sed in pulverem abit modo ladani vetustate exucti. Viribus præterea & odore ladani caret quod sic vitiatum est.

Laser omne antequam siccescat adulteratur sagapeno, aut fabæ lomento, sed maleficium deprehenditur colore, odore, sapore, dilutione. Dioscor.

Lycium quibusdam amurca, succo absynthii, felle tauri, sed id à viribus synceri multum recessit.

Lemniam terram sic adulterant, ut nemo veram à falsa possit secernere, sic & Lycium Indicum, & plurima alia, ut verorum notæ à falsorum notis non exactè discerni possint.

Ligustici semen adulteratur semine quodam simili, quod facilè gustu discernitur, amarum enim est. alii semen fœniculi aut seseleos admiscentes ligusticum dolo viciant.

Lentiscina resina, id est, mastiche thuris & resinæ, pineæ nucis mistura.

MOschus pelliculis incisis pulvere carnis columbinæ siccatæ, sanguine hœdino, pane asso. Si eius certum pondus pelui madenti impositum aliquandiu fit gravius, est legitimum: si pristinum pondus servat, suppostititium.

Manna Arabum sacchаro & folliculis sennæ.

Myrrha adulteratur gummi macerato in aqua, in qua myrrha maduerit, Dioscorid.

NArdus adulteratur stimmi, seu stibio cum aqua aut palmeo vino inspissationis ponderisque caussa inspirato.

Nardus Celtica adulteratur imposita herba simili, quæ hirculus ab odoris gravitate vocatur, sed herba candidior sine cauliculo, minoribus foliis, radice nec amara nec odorata, uti vera Nardus est.

OPi omnes adulterantur addito sagapeno, antequam inarescant. colore, odore, sapore dolus deprehenditur, & quia cum aqua vel saliva non mox solvuntur adulterata. adulterantur etiam furfure & farina præcipuè καυλίας, id est, qui ex caule defluit, quia dilutior: ῥιζίας vero, id est, qui ex radice, perlucidior & purior. Quavis enim radice incisa aut caule quod effluit crassum & lentum, ὀπὸς, id est, liquor dicitur, lib. 8. simpl.

Opium, semine lactucæ agrestis.

Opopanax, ammoniaco aut cera. tunc in aqua si digitis teratur, non solvitur, nec latescit uti syncerum. Dioscor.

Os ex corde cervi cartilaginosum, simili ex majorum animalium corde, præsertim bubulo.

Opobalsamum tam varie adulterant & astute, ut eius adulteria etiam exercitatissimos fallant. De vero autem Balsamo consulatur D. Prosper Alpinus, qui nuper de illo Dialogũ accuratiss. edidit.

Hæc vero adulteria invulganda non censeo, ne maligni etiam vitient à nobis edocti. Vitiatur misto unguento terebinthino, lentiscino, Cyprino, balanino, susino, metopio, melle, vel Cypria cera liquida, sed maleficium facile deprehenditur. Nam verus liquor in vestem laneam fusus maculam non facit, & post lotionem notam non relinquit, cum vitiatus inhæreat. adhæc merus, lac si instillatur coagulat, & in aqua aut lacte celerrime liquatur, & colore lactescit. Alias quasdam notas apud eundem & Simeonem si libet legeris potius, quàm apud barbaros hoc seculo adhuc legi solitos, profunda hominum ignorantia, & magno mortalium incommodo.

PIper longum fraudulenter præparatum, est herba quædam flava, quæ à Xene affertur, aspectu quidem, non autem gustu macropiperi similis. hæc autem aqua irrigata solvitur, nativum macropiper insolubile permanet, Gal. lib. I. Antidotorum. Piper longum verum

ex Barbaria affertur, adulteratúm vero duplex est, alterum, quod in Alexandria maximè conficitur, alterum herbę cuiusdam germen. Quod facticium est, si per diem totum in humore maceretur, illico liquatur ac solvitur, lib. 4. sanit. tuend. Illud fortè ex maza subacta aqua, in qua dissolutum aut maceratum sit Piper, & in formas efficta conjecta post siccata. Vidi etiam adulteratum ex germine & velut nucamento betulæ & coryli.

Pastilli theriaci ex radice pentaphylli, id est, tormentillæ, Venetiis à quibusdam malè componuntur, non ex viperarum carne. Hermolaus in Coroll. Musa.

Phu radice rusci admista vitiatur, sed maleficium facilè deprehenditur, quia hæc dura est, frangi contumax, & sine ulla odoris gratia.

Pompholyx taurino glutine, ovillo vel marino pulmone, aut grossis vel quibusdam aliis crematis.

Pentapetalon, Pentaphyllon, Polium nihil simile habent in plantis, ob id non adulterantur.

RHa ponticum, radice centaurii magni.

Rha barbarum examinatur maceratum aqua diebus quinque, postea siccatum idem minus in crocum tingit, intus nigricat, varietatem in fracturis amisit, densius est, astringit magis, ex aqua vero illa siccata trochisci fiunt regibus.

Ῥῆον cum viget ac integrum est, valenter astringit, densum est ac contractum tota substantia, tamen celeriter perforatur. Incolæ regiones in qua gignitur, coctione vires eius in aquam trahunt, deinde rheum siccatum tanquàm integrum sit, nec coctum, transmittunt, sed id rarius est & laxius integro, nullam aut minimam astrictionem retinens. Quantum aliis notis rheon à rha barbaro differat, alibi diximus.

SAgapenum succo laseris & galbano Dioscor. id non eliquescit, sed verum vino vel aqua affusa statim dissolvitur, Gal. lib. 1. antid.

Sarcocolla pulverizata est suspecta adulterii Diosc. à quovis pulvere misto, integra eligatur.

Styrax modis multis Dioscoridi adulteratur, sed dolus facilè depræhenditur notis ab eo dictis.

Santala lignis aliis, rubrum bresilio inodoro, flavũm & album ligno cedrino odoratiore linguam calfaciente.

Scammonium lacte tithymalli & sarcocolla, vel erui farina. tunc linguam minus valenter pungit & mordet.

Saccharum intus fœculentum aut spuma succi cannæ eius auctum, tunc in ore vanescit, & fractum nigricat.

TVrbith, gummi dissoluto quibusdam radicibus extremis illito: verum autem si frangitur, gummosum est intus.

Tamar Indi prunis adulterati non splendent, humidiores sunt, sapore & nucleo prunorum, multum à semine Tamar Indorum diverso.

Thus pini resina & gummi, suffitum autem gummi flammam non edit, resina autem in fumum vanescit, thus statim ardet. odore etiam maleficium proditur.

Thuris cortex pini aut nucis pineæ cortice. horum tamen index, Ignis, nam reliqui cortices suffiti quanquam incenduntur, sive odore fumant: Thuris vero cortex ardet, & odorum fumum edit.

Thuris manna adulteratur cribrata pini resina, aut polline aut cortice thuris contuso, sed hæc igne deprehenduntur.

Hæc abundè fuerint ei, præsertim qui veras simplicium sincerorum notas ex libro primo accuratè didicerit. Nam cum rectum sui & obliqui sit index, ut initio huius docuimus, & in uno quoque rerum genere quod perfectissimum est, idem sit simplex ac unicum: Id si cognoveris, alia ei congeneria aut etiam arte affinia nullo negotio secreveris.

SIMPLI-

SIMPLICIS ALICVIVS ABSOLVTE SCRIPTO, QVID ACCIPIENDVM.

IAm tradamus simplicis alicuius nomine scripto absolutè & sine determinatione sexus, coloris, magnitudinis, figuræ, loci, temporis, vel notarum probitatis aliarum, vel partis eius simplicis, radicum, foliorum, florum, seminum &c. quodnam sit eligendum, nam pro variis scopis varia, sed in scopos efficaciora deligimus. Quam in rem te juvabit nostra simplicium per locos communes descriptio. Quæ enim radicibus solis sunt efficaces plantæ, illarum nomine radices veniunt, quæ foliis, floribus, fructibus, seminibus, cortice, ligno, liquore, succo, gummi, sunt utiles ac medicamentosæ magis. dum plantæ nomen effertur, partem eius usurpari solitam elige: quum vero pluribus suis partibus ad res etiam varias valent, quibus sit opus, conjecta ex partium illarum facultate & affectus natura, & medicamenti constituendi forma, ut ammi, anisum, apium, carum, cnicus, cuminum, gith, libysticum, nasturcium, psillium, seseli, staphis agria, semine sunt præstantiora, idque solum illarum nomine intelligendum. in aliis multis similiter.

Anisum Cretense lib. 4. sanit. tuend.

Agnus, id est, flos eius aut semen, licet folia etiam sint utilia. intelligimus autem viticem.

Agaricus, albus & fœmineus.

Aloë, id est, succus eius, Aloë Indica lib. 9. simplicium in diphryge.

Alumen, scilicet scissile, quia præstantissimum lib. comp. pharm. gen. primo.

Acetum, ex vino, non hydromelite vel cerevisia.

Aristolochia pro re proposita explicanda est, rotunda enim cum multum tenuare crassum humorem, tergere ulcera, digerere ex utero: longa autem, cum mitiora hæc volumus. Clematitis autem quia fragrantior in unguentis expetitur.

Amomum, Scythicum lib. 8. comp. ph. part.

Ammi Illyricum lib. 9. eiusdem Aegyptium alii laudant.

Balsamum, opobalsamum potius intelligendum quàm carpobalsamum aut xylobalsamum, libr. 2. comp. pharm. part.

Bryonia alba, quia efficacior quàm nigra.

Buglossum utrunque foliis & flore efficacius, radice tamen non inutile.

Casia vel cassia in libris Græcorum. Casia syrinx optima, & cinnamomo viribus & toto habitu finitima. In libris Arabum eadem lignea dicitur, altera verò fistula his dicta ponitur, cum medicamentum est purgatorium.

Cardamomum majus.

Capparis, cortex radicis.

Centaurium, minus in purgantibus medicamentis, in cæteris majus dictum à facultate multiplici & efficaciore.

Calaminthe montana, quia efficacior quàm domestica.

Costus, amarus, cum subamarus & valde acer solum nominetur, dulcem tamen nescio quem Arabes invexerunt.

Cupressus, id est, nuces eius in astringentibus medicamentis, lignum aut folia in diureticis.

Cinna-

Cinnamomum, optimum, de quo in simplicibus abunde.

Corallium rubrum.

Cuminum, Æthiopicum, lib. 4. sanit. tuend.

Daucus, agrestis, nam sativus pastinaca est, alimentum verius quàm medicamentum.

Elleborus, niger Mesuæ, quia salubrior, albus Galeno, Aph. 1. lib. 5. Observa igitur, an compositio sit Arabica aut Græca. Elleborus uterque & helenium ex locis editis præstant.

Eruca, sylvestris, quia efficacior hortensi.

Epithymum, Atticum, melancholiam ex ventriculo purgat, id in Græcis compositionibus usurpandum, in Arabicis Arabicum.

Fœniculus, semen, sed in collyriis succus foliorum aut radicum.

Galla, solida efficacior quàm perforata.

Gummi, Arabicum, id enim omnium perfectissimum vel Plinio authore.

Gluten, Mastiche, cæteris glutinis efficacior, ut vitrum etiam glutinet, quibusdã intelligitur, aliis ichtiocolla, aliis taurocolla magis placet glutinis nomine.

Hyssopus montanus hortensi melior, ut calaminthe montana efficacior domestica. Hyssopum Cilicium Dioscor. Creticum verò Archigenes, apud Gal. lib. 8. comp. pharm. part.

Hyoscyamus, albus, seu album eius semen, quo tamen interdum exprimitur, frequentius tacetur.

Iris, radix ireos Illyricæ veteribus, nunc pharmacopolarum ignavia Florentina usurpatur, cum illa per Venetos facilè haberi queat.

Lupinus amarus, nam dulcis esculentus est, ut ille amaritudine per macerationem in aqua deposita.

Lactuca, semen, preterquàm in victus ratione, ubi herba potius intelligitur.

Lapathum, oxylapathum efficacius rotundo.

Lithargyros, auri. tamen lithargyros chrysitis aliquoties in lib. comp. ph. Gal. legitur.

Mastiche, Chia lib. 7. meth. & alibi passim. Aegyptiam tamen ac recentem ob id pinguissimam laudat, libr. 2. ad Glaucon.

Marrubium, album præstantius nigro.

Mel, apum, alterum aëromeli seu mel aërium & rosidum.

Margaritæ, solidæ meliores perforatis, nisi etiam sint flavæ, obscuræ, solidis pares.

Medulla si non additur cuius animalis, & valens futurum est medicamentum, cervina miscenda valentior quàm vitulina, lib. 6. comp. ph. part.

Nuclei, pini, olivæ, dactyli autem Avicennæ.

Oleum olivum ex olivis expressum.

Opium, Thebaicum, Galen. lib. 7. simpl. & post eum omnes.

Petroselinum, Macedonicum, & in hoc Astreoticum, & huius semen maximè in usu est, lib. 8. comp. ph. part.

Pruna, si alvus dejicienda est, Damascena, & Hispana seu Iberica, hodie Augustana & Cathalaunica Italis dicta, sunt multo præstantiora, vel si qua his similiter sunt pinguia, dulcia: si ad cohibendum & astringendum sit medicamentum, Damascena immatura, vel potius quæ Iorana nobis dicuntur, S. Iuliani & Turonica.

Papaver album semen.

Piper album, quia acrius, & linguam magis pungit quàm nigrum, à quo per adustionẽ vis exhalavit. Gal. lib. 8. simpl. sed album id maturum intellige. Nam album ex macropipere in racemum granatim dehiscente, recens factum, minus est acre, & macropiperi facultate proximum, quale apud Serapionem est accipiendum. Vide Garziam de Horto, & Nicolaum Monardem de rebus Indicis.

Pix, liquida in suppurantibus & tergentibus, sicca, in siccantibus, unguentis epuloticis & glutinantibus. Gal. lib. 7. simpl.

Pæonia

Pæonia, mas ſeu eius radix, vel ſemen. Manardus ætatis noſtræ medicus longè doctiſſimus in epiſtolis.

Polypodium, quernum vulgo uſurpatur, murale & à ſaxis prætulerim cum Narbonenſibus quibusdam, quod frequentiſſimum, & pro querno omnes venditant, niſi ſi quando aſtrictione opus eſt, qua ratione hederam quoque quernam nonnullis expeti audio.

Reſinarum, primas non injuria meruit lentiſcina, id eſt, maſtiche: inter alias verò præfertur terebinthina, quia melior quàm colophonia, & phrycta dicta, aut illius loco ponitur larix dicta, terebinthinæ propè ſimilis, Galen. lib. 1. comp. ph. gener. recentioribus vero pinea intelligitur.

Ruta, folia rutæ agreſtis, Græcis vero folia rutæ domeſticæ. Illam vero & illius ſemen, moly vel beſanum, vel beſaſa, vel cum Syris, apud quos naſcitur, Harmola ferè vocant.

Roſa, rubra recens in purgantibus, ſicca in aſtringentibus.

Rhaphanus, ſylveſtris.

Roſmaris, folia, interdum flos, quem neſcio cur hodie vulgus ἄνθος, id eſt, florem abſolutè appellet.

Rhus cortex fructus ſumach dicti.

Stœchas Stœchados Arabice flos.

Styrax, calamites, nam liquidus vulgo dictus eſt myrrha ſtacte, ſi verus ſit.

Santalum, flavum.

Spica, nardi Indicæ.

Sulfur, ἄπυρον, id eſt, ignem non expertum ſeu vivum eſt nobiliſſimum. ad quædam extinctum ceu nobis familiarius præfertur.

Σχοῖνος, id eſt, juncus pro ſcœnu anthos.

Thymum, Atticum aut ex æditis locis & ſiccis, lib. 4. ſanit. tuendæ.

Viola, nigra ſeu purpurea, vulgò Martia & quadrageſimalis, quòd in ea tempora flos ferè incidat, & eadem recens ſi haberi poteſt, nam ſicca inefficax.

Zizipha, id eſt, jujubæ, recentia & bene matura, aut ſaltem integra, non putria aut vetuſtate exucca, quod illis poſt ſextum menſem ferè accidit.

Sic quæ ſingula in ſingulis regionibus ſunt præſtantiſsima & laudatiſsima.

Alumen Mileſium.

Agaricus Ponticus Andromach. juniori in theriaca.

Myſi Cyprium.

Nitrum Berenicium.

Sinon Syriacus.

Cuminum Hiſpanum, alibi Æthiopicum, melius Ægyptio.

Aniſum & Thymum & alia plurima Cretica, lib. 4. ſanit. tuend. in diatrion piper, & diacala.

Meon Hiſpanum & Macedonicum.

Ariſtolochia Pontica, & hac melior Cretica, lib. 10. comp. ph. part.

Phu Ponticum, Caſtorium Ponticum.

Daucus Creticus, ſemine & radice bonus, cæteri ſolo ſemine.

In Dicearchia quæ nunc vocatur Puteoli, ærugo, ceruſſa, æs, ſquama æris, & alia nonnulla. Romæ argenti ſpuma fit optima. ex Sicilia item, magna Lybia & Creta quotannis multa præſtantiſſima Romam afferebantur.

Hæc ex Sylvio.

* * *

CATALOGVS SIMPLICIVM IN OFFICINIS NOSTRIS VSITATORVM.

STIRPES SEV HERBÆ.

Abrotanum mas,
fœmina.
Absynthium Ponticum,
vulgare.
Acetosa.
Acetosella.
Acorus.
Agnus Castus seu vitex.
Adianthum, id est, Capillus Veneris.
Ajuga, vel Iva, arthetica.
Alsine.
Alcea.
Althæa, Ibiscus Bismalva.
Alchimilla.
Anagallis.
Anchusa.
Anonis, Resta bovis.
Anthemis.
Anethum.
Apium.
Arthemisia.
Aristolochia.
Arnoglossa, Plantago, latifolia & tenuifolia.
Asarum.
Asplenum, Ceterach.
Atriplex.
Auricula muris.
Agrimonia.

Balsamita.
Basilicon.
Vulgare,
Caryophyllatum,
Minus,
Citratum.
Bardana.
Betonica.
Beta
nigra,
alba,
rubra.
Blitum.
Branca Vrsina.
Braßica,
Marina.
Borrago.
Buglossa.
Buphtalmũ, vulgo Cotyla fœtida.
Bursa Pastoris.
Buxus.

Calamintha.
Carduus benedictus,
Mariæ.

Cauda equina, Equisetum.
Caprifolium, Matris sylva.
Caryophyllata.
Chamædrys, Trissago.
Chamæpythis Ajuga.
Chamælea, MeZereon.
Centaurium majus & minus.
Chelidonium majus & minus.
Corrigiolæ.
Chærefolium.
Cichorium, Intybum sylvestre.
Cicuta.
Cimæ Rubi.
Clematis, Daphnodes, vinca per vinca.
Consolida Major,
Minor,
Saracenica,
Regia.
Corallina, Muscus marinus.
Coronopus.
Crassula.
Cretamus.
Cuscuta.
Cynoglossum.

DAPHNOIDES, Laureola, folia pro MeZereo, semine pro Coccognidio utuntur officinæ.
Dictamnus Creticus, Pulegium Cervinum. Noster, Fraxinella.

EBULUS.
Empetron.
Epithymus.
Equisetum.
Euphragia.
Eupatorium quadruplex.
Dioscor. Agrimonia.
Avicen. Herba Kunigundis, & Origanum aquaticum.
Mesuæ: Ageratum, Epatica nobilis: Herba Trinitatis.

FOENICULUM.
Filix Mas,
fœmina,
Osmunda.
Filicula.
Filipendula.
Fraxinus.
Fumaria.
Fragaria.

GALLITRICUM.
Galion.
Galegia.
Genista.
Gentiana.
Geranium.
Gramen.
Gratiola.
Gariophyllata.

HOEDERA terrestris,
arborea.
Herba Paris.
Hypericon.
Hippoglossum.
Hyosciamus.

Herniaria.
Horminum, Sclarea,
majus Gallitricum.
Hyssopus.
Hirundinaria.

Iacea.
Iva Moschata.
Isatis, Glastum.
Intybi species,
Endivia vera.
Cichorium.
Taraxacon.

Lactuca.
Lavendula.
Lauri folia.
Laureola, vide Daphnoides.
Lapathum.
Lappa minor.
Limonium,
Levisticum.
Lichen.
Linaria.
Lupulus.

Malva arborescens.
Magistrantia, Imperatoria.
Majorana.
Marum verum.
Marrubium nostrum,
Creticum.
Matricaria.
Melissa,
Turcica,
Fuchsii.
Melilotus.
Mentha Crispa,
Rubea,
Sarracenica.
Mentastrum.
Mercurialis.
Millefolium.
Myrtus.
Myrtillus.

Nummularia.
Nymphæa lutea,
alba.
Nicotiana.
major.

Ophioglossum.
Ocymum minus,
Citriatum,
Caryophyllatum.
Origanum Creticum,
vulgare.

Parietaria.
Pastinaca.
Perfoliata.
Polium montanum.
Polygonum.
Portulaca.
Petroselinum.
Plantago major,
minor.
Prunella.
Pyrola.
Persicorum folia.
Pimpinella.
Potentilla.

Primula veris.
Poligonatum.

QVERCVS folia.
Quinquefolium.

RAPARVM folia.
Raphani folia.
Ruta.
Rosmarinus.
Rubi folia.

SATVREIA.
Sanicula,
Alpina.
Sabina vel Savina.
Salvia Cretica.
Sambucus.
Saxifragia.
Sanguis orba.
Senæ folia & folliculi.
Senetio.
Serpillum.
Sion aquaticum.
Scordium nostrum,
Creticum.
Scabiosa.
Solanum.
Soldanella.
Spina alba.
Spica Romana.

TALICTRVM.
Tamariscus.
Tanacetum nostrum.
Anglicum.
Thymus Creticus.
Tussilago, Farfara, Vngula Caballina.
Trichomanes, Polytrichon.
Tormentilla.

VALERIANA, Phu.
Verbascum.
Verbena.
Vermicularis.
Vitis, Pampini, folia.
Vinca per vinca.
Violaria.
Virga aurea.
Vrtica
Romana.

Emollientes herbas volunt quidam esse

Malvam.
Althæam.
Brancam Vrsinam.
Mercurialem.
Violam.

FLORES, VT ET SVMMITATES.

Cordiales.

ROSARVM.
Borraginis.
Buglossi.
Violarum.

ALTHEÆ.
Anethi.
Anthos.

BETONICÆ.
Balaustiorum.

CALENDVLÆ.
Chamomeli,
Romani.
Chrysanthemi.
Cheyri.
Cichorii.
Cariophyllorum.

DICTAMNI N.
Cretici.

EPITHYMI.

GENISTÆ.

HYPERICI.

JACEÆ.

LAVENDVLÆ.
Lilii albi.
Lilii convallii.
Ligustri.
Lupuli.

MALVÆ.
arboreæ.
Meliloti.
Matricariæ.
Marrubii nostri,
Cretici.

Nympheæ luteæ,
albæ.

ORIGANI.

PAPAVERIS erratici.

Pæoniæ variæ speciei.
Persicorum.
Pruni sylvestris.
Primulæ veris.

RANVNCVLI.

SAMBVCI.
Spicæ Celticæ,
Nostratis.
Stœchadis Arab.
Citrinæ.
Salviæ N.
Creticæ.
Scabiosæ N.
Hispanicæ.

TILIÆ.

VERBASCI.

SEMINA.

ACETOSÆ.
Altheæ.
Amomi.
Ammi veri.
Anethi.
Anisi.
Apii.
Aquilegiæ.
Asparagi.
Atriplicis.
Angelicæ.
Agni casti.

BARDANÆ.
Brassicæ.

Brusci.
Berberorum.

CARDVI *Benedicti.*
Carthami.
Carui.
Ceparum.
Citrii mali.
Citrulli.
Cicerum.
Cymini.
Coccognidii.
Colocynthidis.
Coriandri.
Cucumeris.
Cucurbitarum.

DAVCI N.
Cretici.

ERVCÆ.
Endiviæ.
Ebuli.
Erui seu Orobi.

FABARVM.
Fœniculi utriusq.
Fænugræci.
Fraxini seu Linguæ avis.

GENISTÆ.
Granatorum.

HYPERICI.
Hyosciami
albi.
Hordei.
Halicacabi.

IMPERATORIÆ.

LACTVCÆ.
Lathiris.
Lapathi.
Lentium.
Levistici utriusque.
Lini.
Ligustici.
Lupini.

MALVÆ *utriusq.*
Majoranæ.
Melonum.
Melissæ.
Mespilorum.
Myrti.
Myrtilli.
Milii solis.

NAPI.
Nasturtii.
Nigellæ.

ORIZÆ.

PETROSELINI *vulgaris.*
Macedonici.
Papaveris albi,
nigri.
Pæoniæ.
Perfoliatæ.
Pastinacæ sylvestris.
Pimpinellæ.
Portulacæ.
Plantaginis.
Parui.
Psyllii.

RAPA-

RAPARVM.
Raphani Radiculæ.
Rosarum.
Rutæ.
Riccini.
Rhusci Brusci.
Rhus Sumach.
SAXIFRAGIÆ.
Sambuci.
Scariolæ.
Sesele Massiliensis.
Sesami veri.
Secacul.
Staphisagriæ.
THLASPIOS.
VRTICÆ N.
Romanæ.
Violarum.

Vulgariter semina Calida Majora dicta.

Anisi.
Fœniculi.
Carui.
Cymini.

Calida minora.

Ammios.
Amomi.
Apii.
Dauci.

Frigida majora.

Citrulli.
Cucurbitæ.
Cucumeris.
Melonum.

Frigida minora.

Endiviæ sive Intybi.
Lactucæ.
Portulacæ.
Scariolæ.

RADICES.

Aperitivæ communes.

APII.
Asparagi.
Fœniculi.
Rusci.

Aconiti, Lupariæ.
Acori vulgaris,
veri, hoc est, Calamiarum.
Allii.
Altheæ.
Angelicæ.
Alcannæ.
Apii.
Aristolochiæ rotundæ veræ,
rotundæ vulg.
Longæ veræ,
Longæ vulgar.
Ari.
Asari.
Asparagi.
Asphodeli.
Agaricus.
BETÆ.
Bistortæ.
Borraginis.
Buglossi.

Bryoniæ.
Brusci, id est, Rusci.

CAPPARVM.
Cardopatii.
Centaurii magni, Pseudorhapontici.
Chelidonii utriusque.
Chinæ.
Cichorii.
Costi,
veri.
Cyperi longi,
rotundi.
Cucumeris asinini.
Curcumæ.
Cynoglossi.
Cyclaminis.

DICTAMNI albi.
Doronici.

EBVLI.
Enulæ, vel Helenii.
Endiviæ.
Ellebori nigri,
albi.
Esulæ.

FILICIS.
Filipendulæ.
Fœniculi.

GARYOPHYLLATÆ.
Gentianæ.
Graminis.
Glycyrhizæ.
Galangæ major.
minor.

HERMODACTYLORVM.
Hirundinariæ, Vincetoxici.
Hemerocallis.

IMPERATORIÆ.
Iridis Illyricæ,
Nostratis.

LAPATII.
Lilii albi.
Levistici.
Lappæ.

MALVÆ.
Mandragoræ.
Meu.
Morsus Diaboli, Præmorsæ.
Mezerei.
Mechoacanæ.

NYMPHEÆ.
Nardi Indicæ & Celticæ.

ONONIDIS Restæ bovis.

PALMÆ CHRISTI.
Pæoniarum.
Pentaphyli.
Petroselini.
Peucedani.
Phu Pontici & Valerianæ.
Polypodii.
Pimpinellæ.
Pyrethri.
Plantaginis.
Petasitis.

RAPHANI.
Raparum.

Rha veri,
Barbari,
Monachorum.
Pontici,
veri.
Ranunculi.
Rubiæ.
Rhodiæ.

SATYRII.

Sassafras.
SarZapariglia.
Saxifragiæ.
Secaculi.
Scyllæ utriusque.
Symphiti majoris.
Sigilli Salomonis.

TORMENTILLÆ.

Thapsiæ.
Turbith.
Tubera l. boleti cervini.

VICTORIALIS.

Urticæ.

ZEDOARIÆ.

FRVCTVS.

AMIGDALA *utraque.*
Anacardi.
Arantia.
Avellanæ.

CARICÆ.

Carpobalsamus.
Caßia fistula.
Cerasa passa.
Cibebæ.
Colocynthis.
Cydonea.
Citria mala.
Coni Cypreßi.

DACTILI.

Dactilorum ossa.

FABÆ.

GALLÆ.

Glandes.
Glandium capulæ.
Grana Kermes.

LIMONES.

Jujubæ.
Halicacabi grana.
Hordeum.
Juniperi baccæ.
Lentes.
Lauri baccæ.

MYROBOLANI,
Citrini,
Chebuli,
Bellerici,
Emblici,
Indi.

Malum Punicum, Granatum.
Myrti baccæ.
Mora.

NVX *Indica.*

Nux vomica.
Nuclei Amarillorum.

OCVLI *Populi.*

Olivæ.

PASSVLÆ *minores,*
majores.

Pineæ.

Pista-

Pistachia.
Pruna Damascena,
Ungarica,
Vulgaria,
Sylvestria.
Piperis, tria genera.

SILIQVÆ.
Sebesten.

TAMARINDI.
Tribuli Aquatici.

LIQVORES,

Succi condensati & Gummata.

ACACIARVM *vel Prunorum sylvestrium.*
Ambra liquida.
Anime.
Aloës Soccotorina.
Epatica.
Caballina.
Ammoniacum.
Assa dulcis,
fœtida.

BDELLIVM.
Bitumen Judaicum.

CAMPHORA.
Caranna.
Colophonia.
Cera virginea.

EVPHORBIVM.
Elami.
Elaterium.

GALBANVM.
Gummi Vermiculatum,
Hæderæ,
Cerasorum,
Amygdalorum,
Arabicum,
Juniperi.

LACCA.
Ladanum.
Lycium.

MANNA.
Mastix.
Myrrha.
Mel,
Virgineum.

OPIVM.
Opopanax.

PROPOLIS.

SACCHARVM,
Canari,
Meles,
Candi,
Penidi.
Sanguis Draconis.
Sandaraca.
Sarcocolla.
Scammonium,
Serapinum.
Storax Calamitha,
Liquida.

TACAHAMAHACA.
Terebinthina communis,
Cypria,
Chia,
Cocta.
Tartarum.
Thus.
Tragacanthum.

LIGNA.

ALOES.
Aspalathum.
Bresilium.
Cedri.
Guajacum.
Rhodium.
Santalorum tria genera.
Juniperinum.
Tamarisci.

Viscus quercinus,
de Pyro,
de Corylis.

CORTICES.

ARANTIARVM.
Capparorum.
Castanearum.
Citri.
Costi arabici veri.
Cassiæ ligneæ.

Ebuli.
Frangulæ.
Fraxini.

Granatorum.
Guajaci.

Mandragoræ.
Mezereonis.

Sambuci interioris.

Tamaricis.
Thuris Thimianæ.
Thapsiæ.
Turpeti.

Ulmi.

AROMATA.

ANTOPHYLI.
Cassia lignea.
Cinnamomum.
Calamus aromaticus.
Costus arabicus.
Cubebæ.
Cardamomum utrunque.
Crocus.
Caryophylli.
Cyperus longus & rotundus.

Folium Indum.

Galanga major,
minor.
Grana Paradysi,
Chermes.

Macis.

Nux Muſcata.

Piper nigrum,
album,
longum.

Spica Indica.

Zedoaria.

Zinziber.

Zurumbeth.

SIMPLICIA ex Animantibus deſumpta.

ALBVM græcum.

Alcis ungula.
cornu.

Bezaar orient.
occident.

Cantharides.

Caſtoreum.

Cornu Cervi.

Cranium hominis.

Colla piſcium.

Cervi genitale.

Ericius uſtus.

Eboris raſura.

Epar lupi.

Gallinarum ſtomachorum interiores pelliculæ.

Hirundines uſtæ.

Lana ſuccida.

Lapis Percarum.

Lapis Lyncius.

Lapis fellis bovini.

Lucii mandibula.

Lumbrici terreni.

Mumia.

Moſchus.

Os de corde cervi.

Oculi cancri.

Oeſipus humida.

Os ſepiæ.

Ovorum teſtæ.

Pulmo vulpis.

Pili leporis.

Paſſeres.

Scorpiones uſti.

Sericum crudum.

Sanguis hirci præparatus.

Scinci marini.

Talus leporis.

Zibethum.

PINGVEDINES ET ADIPES.

ANATIS.

Anſeris.

Ardeæ.

Canis.

Caponis, Capræ.

Caſtorei.

Cati ſylveſtris.

Coturnicum.

Cervi.

Equi ex Juba.

Gallinæ.

Hominis.

Hirci.

Leporis.

Lucii.
Lupi.

Porci.

Serpentum.

Taxi.

Thimalli.

Ursi.

Vulpis.
Vulturis.
Vngularum boum.

SIMPLICIA
ex Metallicis & rebus subterraneis.

Æs ustum.
Æris squamma.
Ætites.
Alabastrites.
Alumen scissile,
Rochæ,
Plumosum.
Antimonium.
Armenius lapis.
Argentum vivum.
Argentum foliatum.
Arsenicum album,
Citrinum.
Auripigmentum.
Aurum foliatum.
Ambra grysea vera.

Bolus vulgaris,
Armenus Orientalis.
Borax.

Cadmia fossilis
Calcithis.
Cinnabaris.
Cerussa.
Cristallus.
Creta lota.
Chalybs.

Fel vitri.
Ferri scoria,
squama.

Granatus gemma.
Gypsus.

Hæmatites lapis.
Hiacinthus gemma.

Iudaicus lapis.
Jaspis.

Lapis Lazuli.
Lithargyrium Auri,
Argenti.

Magnes.
Marchasita aurea,
argentea.
Medulla saxorum.
Mercurius præcipitatus,
sublimatus.
Minium.

PLUMBUM ustum.
Pumex.
Pompholix. Nil album.

SAL Ammoniacum,
Gemmæ.
Specularis lapis.
Sulphur, Citrinum,
sublimatum,
vivum.

Robinus,	*gemmæ.*
Sarda, Corneolus,	
Smaragdus,	
Saphirus,	

TALCUM.
Terra Sigillata,
Silesiaca,
Turcica vera.

VITRIOLUM album.
Romanum.

SIMPLICIA
Mari & Aquis innascentia.

BITUMEN liquidum, vel Petroleum.
Corallia rubra,
alba.
Succinum.
Sperma Ceti.
Lapis spongiæ.
Uniones, Margaritæ.
Mater Perlarum.

INDEX

INDEX COMPOSITORVM.

R.

S.

Sief

T.

De vino examavenis uide probatio de vinos nat.a que scripsi

INDEX SIMPLICIUM.

Arium.

SIMPLICIVM.

FINIS.